



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



604  
C. J. ...  
C. J. ...







CORPVS  
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM  
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESARAE  
VINDOBONENSIS

VOL. XXIII

CYPRIANI GALLI POETAЕ HEPTATEVCHOS

EX RECCENSIONE



RUDOLFI PEIPER.

PRAGAE VINDOBONAE LIPSIAE  
F. TEMPSKY. F. TEMPSKY G. FREYTAG.

BIBLIOTHECA ACADEMIAE LITTERARVM CAESARAE VINDOBONENSIS

44.115

MDCCLXXXVI

# Corpus scriptorum ecclesiasticorum latinorum.

Viadrubonae apud Tempky bibliopolam.

- VOL. XVI.** POSTAE CHRISTIANI MINORES. (I. pars.) Paulini  
Petricordiae Carmina rec. *M. Petschenig*, Orientii Car-  
mina rec. *R. Ellis*, Paulini Pellusii Eucharisticos rec *G.*  
*Brandes*, Claudii Marii Victoris Alethia et Probae cento  
rec. *C. Schenk*. 8 fl. 20 kr. = 16 Mark 40 Pf.
- VOL. XVII.** CASSIANVS. (I. pars.) Prolegomena. Institutionum  
libri XII. Contra Nestorium libri VII. Indices. Edidit  
*M. Petschenig*. 10 fl. 25 kr. = 20 Mark 60 Pf.
- VOL. XVIII.** PRISCILLIANVS. Edidit *G. Schepes*.  
4 fl. 50 kr. = 8 Mark 60 Pf.
- VOL. XIX.** L. CAELI FIRMIANI LACTANTI opera omnia, acce-  
dunt carmina eius quae feruntur et L. Casicilli qui in-  
scriptus est de mortibus persecutorum Liber recensurunt  
*S. Brandt* et *G. Lashmann*. Pars I diuinae institutiones  
et epistolae diuinarum institutionum recensit *S. Brandt*.  
12 fl. 50 kr. = 25 M.
- VOL. XX.** QVINTI SEPTIMI FLORENT. TERTVLLIANI OPERA.  
Ex recensione *Augusti Reifferscheid* et *Georgii Wissowa*.  
Pars I rec. *A. Reifferscheid*.  
7 fl. 80 kr. = 15 Mark 60 Pf.
- VOL. XXII.** S. HILARI EPISCOPI PICTAVIENSIS tractatus super  
psalmos ex recensione *Antonii Zingerle*.  
12 fl. = 24 Mark.
- VOL. XXIII.** CYPRIANI GALLI POETAE Haplogonchos accedunt  
inceptorum de Soloma et Iona et ad senatorem car-  
mina et Hilarii quae feruntur in Genesim, de Maeca-  
baem atque de euangolio recensit *Rudolfus Peiper*.  
5 fl. = 10 Mark.
- VOL. XXIV.** GAI VETTI AQLVIANI IVVENCII euangolorum libri  
quatuor. Ex recensione *Ioannis Humer*.  
8 fl. 60 kr. = 7 Mark 20 Pf.

Prælo excruciantur:

- VOL. XXI.** PAVSTVS Edidit *A. Baylebois*  
**VOL. XXV.** AVVVSIVSIVS. (part. VI.) Edidit *A. Tempky*





**CORPVS**  
**SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM**  
**LATINORVM**

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS  
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE  
VINDOBONENSIS

VOL. XXIII.

CYPRIANI HEPTATEVCHOS

EX RECENSIONE

RVDOLFI PEIPER.

---

PRAGAE VINDOBONAE LIPSIAE  
F. TEMPSKY. F. TEMPSKY G. FREYTAG.  
BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.  
MDCCLXXXI

CYPRIANI  
*Cyprianus Gallus.*  
GALLI POETAE

HEPTATEVCHOS

accedunt incertorum de Sodoma et Iona et ad senatorem carmina  
et Hilarii quae feruntur in Genesin. de Maccabaeis atque de  
Euangelio.

recensuit et commentario critico instruxit

RVDOLFUS PEIPER.

PRAGAE VINDOBONAE LIPSIAE  
F. TEMPSKY. F. TEMPSKY G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCLXXXI.

BR  
60  
.C6  
v. 23  
cop. 2

Andover

~~604~~  
~~Copy 2~~  
~~Cyprus~~



~~604  
C 872  
V. 23  
C 872~~

## PROOEMIUM.

Cypriani Galli hominis carmina, quibus Veteris Testamenti historiarum tota series enarratur, ad posteros non seorsum edita uenerunt, sed ab exeunte septimo saeculo in unum corpus coniuncta cum aliis poetis, qui mundi creationem ceteraque gesta ueteris testamenti persecuti sunt; in quibus summum locum obtinet Alcimus Auitus Viennensium in Gallia episcopus. eius collectionis uetustissimam memoriam exhibent catalogi ueteres Laurissensis Cluniacensis Bobiensis coenobii.

Catalogus codicum S. Nazarii Laurissensis scriptus s. X hunc adfert titulum (G. Becker, Catalogi ueteres p. 111 n. 463 sqq.)<sup>1)</sup>:

Metrum Cypriani super Heptateuchum et Regum et Hester Iudith et Machabaeorum. Metrum Alcimi ad Apollinarium episcopum libri VI : I de initio mundi II de originali peccato III de sententia dei IIII de diluuiio mundi V de transitu maris rubri [de decem plagis Aegypti]<sup>2)</sup> VI de uirginitate. metrum Dracontii de fabrica mundi. metrum Columbani. alii uersus quam plurimi. in uno codice.

Inter Cluniacenses libros catalogus intra annos 1158 et 1161 compositus (L. Delisle, Le Cabinet des manuscrits II 459 sqq.) recenset hunc codicem:

537 Volumen in quo continetur Alchimus episcopus in eptateucum uersifice, et in libros Regum Paralipomenon Hester Iudith Machabeorum. et opusculum de ueteri Testamento, natiuitate ac passione domini excerptum de Virgiliano.

<sup>1)</sup> distinxit hunc titulum in prooemio Auitiano p. LIII.

<sup>2)</sup> his uerbis, quae uncinis inclusi, significatur notissimum illud Eugenii carmen uigesimum ed. Sirmondi, quod non suo loco recensetur. sed aut legebatur post Dracontium inter Eugeniaca carmina, aut subiectum erat quinto Alcimi libro propter argumenti similitudinem.

de sententia dei. de diluio mundi. de originali peccato. de transitu maris rubri. et de enigmatibus uariarum rerum.

Bobiensium autem librorum recensio s. X. conscriptus (Becker p. 69 n. 409) breuius haec sic conplectitur:

librum I in ueteri testamento conscriptum metricè <sup>1)</sup>. in quo continentur libri Alchimi et Catonis.

Itaque in Nazariano habes Cyprianum cum adseclis, Alcimum Auitum integrum, Dracontii Eugenianam editionem, Columbanum, alios uersus quam plurimos; in Cluniacensi Cyprianea ad Alcimum transcripta <sup>2)</sup>. inter adseclas praeter Paralipomenon adparet Probae cento plenus. sequuntur Alcimi Auiti libri haud scio an librarii errore turbato ordine primoque et ultimo omissis: non recensetur neque Dracontius neque Columbanus. sed ex incertis uersibus, quos Nazarianus adfert <sup>3)</sup>. ponuntur aenigmata uariarum rerum (ut puta Symphosii, Aldhelmi, quae cum Probae opusculo olim coniuncta erant <sup>4)</sup>. aliorum). tertius denique Bobiensis priora omnia nomine Alcimi complexus aenigmatibus adiungit Catonem <sup>5)</sup>. num quis dubitabit quin hi tres libri eadem prorsus carmina habuerint atque etiam plura quam catalogi exhibent <sup>6)</sup>, quos qui composuerunt, singula recensere supersederunt; nisi forte in extrema parte librorum alia in alio libro carmina aut absumpta sunt mala fortuna aut aliunde addita.

Aeuo autem Carolino Wigbodo uel Wicbodus presbyter, Sti Nazarii ut uidetur familiaris, quaestiones sacras composuit de heptateucho <sup>7)</sup>, quos Carolo regi inscripsit; eas catalogus Laurisensis his uerbis indicat:

- 1) de Dracontio uel Amoeno cogitabat J. Huemer. Wiener Studien 1885 p. 331.
- 2) nempe in titulo codicis; nam in subscriptionibus, quod libri nostri probant, ubique sine dubio Cypriani nomen legebatur, ut legitur in *LC*.
- 3) in eodem catalogo ex cod. 453 notantur „eiusdem (sc. Paulini Petric.) uersus quam plurimi id est LXX.“
- 4) cf. Schenkelius Proba p. 523.
- 5) sic in codice Tullensi n. 176 (Becker p. 152) erat „Sedulius cum Catone et pluribus aenigmatibus,“ in Augiensi n. 320 (Becker p. 10) „metrum Porci Catonis et aenigmata Ciceronis.“
- 6) e. g. carmina de Sodoma et Iona, de quibus infra agetur.
- 7) uel octateucho, qua de re uid. ad Auitum p. LVI n. 4,

Collecta quae collexit Wichodo ex opusculis Sancti Augustini Ambrosii Hieronymi et ceterorum patrum in quinque libros Moysi in uno codice.

plenior est titulus quem Martenius ex codice Treuirensi dedit: <sup>1)</sup>

Liber questionum super librum Genesis ex dictis sanctorum patrum Augustini Gregorii Hieronimi Ambrosii Hilarii Hisdori Eucherii et Iunilii.

Mox siue ipse auctor quaestionum uel collectorum, siue alius nescio quis, quo eis quaestionibus egregium praesidium atque ornamentum pararet, praemisit singulis libris carmina Hilarii Probae Alcimi Dracontii Cypriani ceterorum ad heptateuchum pertinentia. <sup>2)</sup> recisis quae aliena erant <sup>3)</sup>, quae si non omnia, at pleraque in uno codice Nazariano coniuncta inuenisset. <sup>4)</sup>

talis fuit codex quem monasterium Centulense a. 831 possidere Hariulfus ait in Gestis ecclesiae Centulensis siue S. Richarii (ed. D'achery. Spicileg. t. III p. 419, ed. nou. t. II p. 310. G. Becker Catalogi p. 26 n. 81):

Hilarii autem de fide sanctae Trinitatis. quaestiones Hilarii.

- <sup>1)</sup> de recentioribus codicibus uid. prooemium Auitian. p. LV et LVII n. 77; ex Treuirensis Maximini codice priora aliquot capita edidit Martenius collectionis suae tomo VIII p. 295—298: inscriptionem cum laude Caroli regis et adlocutione ad librum ex Martenio repetiuit E. Duemmler PLC I p. 95—97.
- <sup>2)</sup> nam cum Marii Victoris carmen tum Sedulii prior pars (I 1—274) et Amoeni enchiridion prorsus aliena erant a proposito auctoris quaestionum: Helpidii tristicha dubito an non cognita habuerit Gallus homo.
- <sup>3)</sup> recisis quae aliena erant: nam Probae centonis alteram partem quae est de nouo testamento resecurit atque etiam de Iona carmen, neque minus ex Alcimi poematis librum de uirginitate; Eugenii porro praefationes et monosticha et satisfactionem Dracontii, quae pleraque cum habuisse testis est Wigbodus in uersibus ad Carolum scriptis, quos magna ex parte mutuatur ab Alcimo Eugenio.
- <sup>4)</sup> equidem putauerim numerum carminum ab Nazariano traditorum non auxisse hominem istum, sed minuisse, sane Hilarii Genesin unde adsciuerit et carmen de Sodoma, non liquet, nam in catalogi titulis non leguntur: Probam quin ex Nazariano sumpserit, uix est dubium et indicatur Cluniacensi titulo; nec defuisse de Sodoma carmen in Nazariano cum Iona ab ipso poeta coniunctum ex Sicchardi uerbis facile conicias.

Cypriani, Alcimi Auiti, Hieronymi, Augustini super Pentateuchum in I uol.

atque nescio an hunc in ordinem referendus sit liber quem recenset catalogus monasterii Augiensis (Sindleotes Awa) scr. a. 823—838 (Becker p. 17 n. 29):

Alchuini magistri quaestiones super genesim et metrum Alcimi Auiti episcopi uol. I.

nam quod Alcuinus nominatur, qui sane eius generis quaestionum auctor fuit, id hoc loco temere factum esse Alcimi carmina addita demonstrare uidentur. quod autem alius bibliothecae Centulensis codex (Becker p. 28 n. 187) post Aldhelmum „metrum cuiusdam de ueteri et nouo testamento cum uita Cosmae et Damiani metrica in I uol.“ habere dicitur, non ad Cyprianum, sed ad Probam pertinere persuasum habeo.

*L* tales denique sunt libri, quibus nos seruata Cypriani carmina debemus, Laudunenses duo, quas cum in prooemio Auitiano accuratius descripserim, quam potero breuissime quae opus sunt de eis persequar.

*A* *L a u d u n e n s i s* 279 fol. max. s. VIII in., truncatus est initio et fine, nam interierunt primi quaternionis folia 1 et 2; mutilus est liber inde a f. 159<sup>r</sup> col. 2, multas lacunas habet in Iudicum libro a u. 249 putredine ortas, abrumpitur f. 163<sup>n</sup> col. 2. inter quaterniones D et E tria folia (32—34) interposita sunt. quae tamen pr. m. scripsit, f. 34<sup>r</sup> uacuum est.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Propria quaedam libri *A* subscribam: monosyllaba *e o se ne* saepe numero in *A* (atque etiam in *C*) accentu firmantur: *é ó sé né*. notae criticae passim inueniuntur, plerumque *tria puncta* in sinistro margine praefixa, rarius dextrorsum adiecta, aut superposita lectionibus dubiis, aut subscripta litteris quae delerentur (*quae* N 331, *nos* N 923, *quid* N 500); frequenter *crux nuda* × aut *crux puncto ornata* ✕, semel × J (antigraphus? N 436). etiam † (E 497 IN 204, 206), rarius R· aut *obeliscus* (—) ut G 165, aut denique *a* littera (G 1277). raro in prioribus libris, accuratius in Iudicum uersibus laceris puncta ista commemorauī. praeterea commemoratu dignum est. quod in *A* adscriptus est alia manu ante ultimum Genesis uersum numerus XXIII, ante primum Exodi uersum legitur *dim* .i. (= *dimidium. est*) ante primum Deuteronomii .i. *minus* (= *est minus*).

Sectiones, quas faciunt libri, atque inprimis *A*, non indicaui in adnotatione, quia lubrica erat res; sed exempli gratia hoc loco referam, quae in

Laudunensis 273 (olim sign. n. 360, uaria opera) forma *B* quaternaria max. s. VIII ex. „Hunc librum dederunt Bernardus et Adelelmus deo et S. Mariae Laudunensis ecclesiae. Si quis abstulerit offensionem dei et sanctae Mariae incurrat.“ de hac inscriptione uid. F. Ravaisson in catalogo Laudunensi (Catalogue général des mss. des bibl. publ. des dép. t. I) et E. Miller in Notices et Extraits XXIX 2 p. 6 sqq. integer est liber ab initio et in fine; itaque Hilarii carmen, quod est mancum in *A*, totum habet et in fine nouem capitula libri Iudicum explanantur, quorum ultimum est de Ruth Moabitide: „Explicit expositum libri Ruth.“

Vterque codex eadem habuit ab initio, praeterquam quod librario alterius *B* non praesto erant carmina in Genesin et Exodum maiorque pars carminis in Leuiticum. ecce tabulam. qua quae carmina in utroque libro legantur atque quo ordine demonstretur:

<i>A</i>	<i>B</i>	
1 <sup>r</sup>	1 <sup>r</sup>	metrum sancti Hilarii Pictauensis episcopi in Genesi.
1 <sup>u</sup>	2 <sup>u</sup> , 1	Proba de aeptatico.
3 <sup>u</sup>	5 <sup>r</sup> , 1	Cipriani de Sodoma.
5 <sup>r</sup>	6 <sup>r</sup> , 2	Alcimi Auiti carminum libri I—III.
18 <sup>r</sup> — 22 <sup>u</sup>	21 <sup>r</sup> , 1 — 25 <sup>u</sup> , 1	Dracontii liber I.
22 <sup>u</sup> — 33 <sup>u</sup>	<i>deest.</i>	liber Geneseos metricus Cipriani.
100 <sup>u</sup> — 105 <sup>u</sup>	111 <sup>r</sup> , 2 — 116 <sup>u</sup>	Alcimi liber V.
105 <sup>u</sup> , 1—114 <sup>u</sup> , 1	<i>deest.</i>	metrum de Exodo.
125 <sup>u</sup> , 1—127 <sup>u</sup> , 2	129 <sup>r</sup> , 2—130 <sup>r</sup> , 1	liber Leuiticus (in <i>B</i> <i>deest</i> maior pars, adsunt uu. 273—309).
132 <sup>r</sup> , 2—137 <sup>u</sup> , 1	135 <sup>u</sup> , 1—140 <sup>r</sup> ,	metrum super Numerum.
144 <sup>u</sup> , 1—146 <sup>u</sup> , 1	147 <sup>u</sup> , 2—150 <sup>r</sup> ,	metrum Deuteronomii.
151 <sup>r</sup> , 1—155 <sup>r</sup> , 1	154 <sup>u</sup> , 1—159 <sup>r</sup> ,	metrum Iesu Naue.
157 <sup>u</sup> , 2—162 <sup>u</sup> , 2	162 <sup>u</sup> , 2—169 <sup>r</sup> , 1	metrum super librum Iudicum.

Exodo sunt. multae igitur in *A*, raras adparent in *B* eaeque congruae cum *A* (*L*); non consentit *C*, cuius sectiones uncis inclusi.

E 22, 43, 57, 94, 117, 126, 164, 177, 188, 218, 243, 257, 265, 286, 338, 351, 366 (*L*), 406, 420 (*L*), 441, 457, 467 (*L*), [184], [488], 496, 501, 507, 543 (*L*), [560], 572, 598, 611 (*L*), 644, 695 (*L*), 707 (*L*), 712 (*L*), 730, [741], 754, [762], [772], 836, 855, [861], 870, 883, [894], [910], [918], 923 (*L*), 931 (*L*), [946], 948, 963, 979, 983 (*L*), 1000, 1021, 1034 (*L*), 1056, [1072], [1082], 1110 (*L*), 1134 (*L*), 1152, 1169, 1196 (*L*), 1218, 1226 (*L*), 1249 (*L*), 1256 (*L*), 1275 (*L*), [1283], 1290, 1311, 1323, 1330 (*L*).



Quae subiectae sunt Cyprianeis carminibus anonymae quaestiones (uel explanationes uel exposita) de singulis libris uel metris, Wigbodi sunt quaestiones istae in heptateuchum, de quibus supra dictum est.

Cognatus est cum Laudunensibus nec tamen ex ipsis deriuatus (nam non habet lacunas aliquot quae in *L* sunt, ut Centulensis libri prolem esse suspiceris) codex Parisinus lat. 14758 olim Sti Victoris 380 s. XIII. continet is priorem partem operum libris Laudunensibus traditorum conglutinatam cum alio codice qualis erat Cluniacensis 524 aut 526<sup>o</sup>). Prudentius atque Sedulius, qui in fronte fuerunt, nunc sunt abrepti praeter Sedulianum III 172 sqq., quod excipit Arator, Prosperi epigrammata, Iuuenus, sequuntur Hilarius in Genesin, Proba de eptatico. Cypriani Sodoma, Alcimi libri I—III, Dracontius de opere sex dierum (Prima dies etc.), liber Geneseos metricus Cypriani 1—165. ex hoc libro G. Morelius a. 1560<sup>1)</sup> iterumque a. 1564<sup>2)</sup> Hilarii Genesin, Cypriani fragmentum, de Sodoma carmen. Dracontium edidit; ante Morelium Hilarii carmen ex eodem Victorino descripserat Ludouicus Miraeus<sup>3)</sup>. Cyprianea contulit G Hartel<sup>4)</sup>, ipse paucos uersus contuli, ex Harteliana tamen conlatione atque contextu Moreliano nec non ex censura Schenkliana<sup>5)</sup> nullius esse pretii librum satis constat.

- o) Clun. 524: Volumen in quo continetur Arator. idem Fortunatus ut supra, Porphyrius, Iuuenus. Sedulius, Fortunatus. Auiti episcopus. — de cod. 526 uid. infra.
- 1) Cl. Marii Victoris oratoris Massiliensis ΑΛΗΘΕΙΑΣ, seu commentationum in Genesin lib. III. Epigrammata uaria . . . Hilarii Pictauiensis episc. Genesin. Cypriani, Genesin et Sodoma. Dracontii, de opere sex dierum . . . Parisiis. M. D. LX. Apud Guil. Morelium. — huius editionis exemplar, quod est in bibl. Bodleiana, adscriptas habet duabus s. XVI manibus lectiones aliquot ad Genesin et Sodoma, quae cum Cauchii Fabriciique inuentis, aliquotiens cum manuscriptis libris consentiunt.
- 2) Cypriani opera [ed. Guil. Morelius] Parisiis apud Guil. Desbois 1564. — in appendice est Genesin, de Sodoma carmen, de cruce domini, ad quendam senatorem.
- 3) Hilarii Pictauiensis opera a. 1544.
- 4) S. Thasci Caecili Cypriani opera omnia rec. . . Guilelmus Hartel. pars III Vindobonae 1871 p. 283—305.
- 5) Probae Cento rec. C. Schenkli (Poetae christiani minores pars I) Vindobonae 1888 prooem. p. 519.

Colbertinum aliquem librum Victorino non praestantiorem in Hilarii Genesi edenda praeter ipsum Victorinum atque Laudunensem alterum (*B*) adhibuit Coustantius<sup>1)</sup>. erat is haud dubie Paris. 8321 olim Colbert. chart. et membr. s. XV: insunt Arator, Iuuenius, Hilarii Genesis, Cypriani Sodoma, Alcimi Auiti carmina, Dracontius de opere sex dierum, Physiologus, alia.

Cod. Parisinus lat. 13047 s. VIII. olim Corbeiensis, *G* inde ab a. 1638 Sti Germani de Pratis n. 841 (uid. L. Delisle, Inuenta des mss. de Saint-Germain, Paris 1868 p. 86; G. Hartel, praef. ad Cypriani opp. III p. XXII; H. Omont, Revue de philologie, n. s. IV. 1880 p. 67 sq.; R. Peiper. Alcimi Auiti opp. p. LX adn. 85; I. Huemer. Sedulii opp. p. XLVIII).

Ex hoc libro Martenius primus totum Geneseos librum (exceptis uu. 325—378) edidit ampliss: collectionis tomo IX Parisiis 1733 p. 14—56, Martenii textum repetiuit Areualus in appendice I Iuueni Romae 1792; utrum Martenii an Areuali exemplar recusum sit in libro „Cypriani Genesis, Cambrai, Hurez 1825“ quem indicat Quicherat Thes. poet. p. XII, nescio; ego non uidi.

Auctoris nomen is qui contextum scripsit non uidetur posuisse; qui tabulam scripsit, Iuueni, recentior quidam Sti Cypriani carmen esse putauit. neque cetera quae insunt carmina (ad Felicem de resurrectione mortuorum, quod Sto Cypriano adscripsit Martenius, centoque ille de uerbi incarnatione, qui iam tertio editus est post Martenium) auctorum nominibus insignita sunt a librario. quidquid autem in codice conscriptum est, sine dubio fluxerunt ex multis antiquioribus libris uel potius librorum fragmentis. qua in re memoria dignum est illud quod in fine Genesis non solum legitur: *Finit Genesis*, sed teste Martenio additur etiam libri qui in archetypo sequebatur inscriptio: *Incipit Exodus*.

Desideratur ut dictum est Genesis c. VIII uu. 325—378; contextus mendis scatet turpissimis, non semel uersuum ordo turbatus est; habet tamen uersus aliquot, qui desiderantur in *A*

<sup>1)</sup> Hilarii Pictauiensis opera (ed. Maurinorum) Paris. 1663 Fol. p. 1370 sqq.

(734—736, 1418—1420). librum in huius editionis utilitatem contulit E Hauler. <sup>1)</sup>

Itaque cum multos codices Cyprianeorum carminum nono et decimo saeculo fuisse in Gallia Galliaeque confinibus locis uideamus, atque etiam post medium saeculum XII in Cluniacensium monasterio, quidni in Anglicanis quoque bibliothecis fuisse credamus ex Romanis itineribus adlatos? Romae fuit Aldhelmus c. a. 690. qui monasterium Malmesburiense litterarum sedem celeberrimam reddidit, Bedae monasterium ex huius uiri scriptis conicere licet quam fuerit locuples librorum, quos Benedictus et Ceolfridus abbates adportauerant (etiam ex Gallia Benedictus innumerabilem librorum omnis generis copiam attulerat <sup>2)</sup>). porro utrumque Cyprianea carmina habuisse in patria et pleniora quidem quam nos, ex eorum scriptis apparet <sup>3)</sup>. non dubium igitur, quin Alcuinus in ipsa Eboracensium libraria, quam quidquid scripserunt Aldhelmus et Beda possidere ait u. 1546 quamque ut augeter ipse Aelberti abbatis comes Romam profectus est (Ebert II 15), heptateuchum Cypriani, cuius uersus aliquot laudat <sup>4)</sup>. legere potuerit, cum inter Christianos poetas, quorum codices

<sup>1)</sup> eius de uariis manibus, quibus contextus scriptus est, uerba sunt haec: „m 1 macht zwischen *ec* und *et* fast gar keinen Unterschied,  $\alpha$  erscheint sowohl für *ae* wie für *et* gesetzt, *if* nicht allein für *is*, sondern häufig für *us*. Diese Hand bedient sich einer ziemlich schwarzen, m 2 einer etwas lichterem Dinte. Die letztere, welche außer der Seite 2<sup>b</sup> auch den falsch eingehafteten quaternio Fol. 18—25 neu geschrieben hat, zeigt zwar eine zierlichere Schrift als m 1, aber dieser möglichst treu nachgeahmte Züge und Zeichen. Es corrigiert den Text neben m 2 auch m 1 und überdies eine von mir als *man. antiq.* bezeichnete ältere Hand—älter als m 2— welche zwar im Schreibstoffe keinen nennenswerten, aber in der Form der Zeichen hin und wieder einen kleinen Unterschied aufweist. Doch scheint es mir nicht unmöglich, daß m 1 und *man. antiq.* vielfach zusammenfallen.“

<sup>2)</sup> Beda l. IIII p 366, 364. ed. Stev. „er kaufte auch solche in Gallien auf der Durchreise, namentlich in Vienne.“ Ebert I p. 601.

<sup>3)</sup> de Aldhelmo uid. ad N 503, I 18, 679, 681. Regum fr. 4 et 8, Job fr. 11, de Beda ad E 286. 507—521.

<sup>4)</sup> E 129 sq.

Ebroicensis libraria possideat. etiam Alcimum commemoret<sup>1)</sup>. neque mirum Aethelwulfum quoque s. VIII in. in suo monasterio Cyprianum legisse. cuius Exodum imitatur<sup>2)</sup>. sed horum librorum praeter paucos uersus, quos Angli illi inde laudant, nulla ad nos uenit memoria.<sup>3)</sup> nam ex Anglicanis libris qui unus seruatus est, non uidetur a Gallicanis nostris diuersae esse originis. Cantabrigiensem dico qui unum Cyprianum continet. summam is cognationem cum Laudunensibus prodit. quamquam Wigbodianos commentarios prorsus abiecit cum ceteris eius collectionis carminibus.

Cantabrigiensis collegii S. Trinitatis B. 1. 42<sup>4)</sup> membr. C s. XI foliorum 110 formae octauae; altus 18 centim., latus 8,70 centim., uicenorum uersuum in una quaque pagella. priores XIII quaterniones (fol. 0—103, nam primum primi quaternionis folium uacuum est ideoque numero caret) insigniti sunt litteris A—N; secuntur septem folia 104—110. quorum nullum, ne f. 109<sup>5)</sup> quidem quaternionis notam habet<sup>5)</sup>. initiales sectionum uel capitulorum carminis litterae maiores sunt pictaeque aut rubro aut uiridi aut bruno colore. in praefixo folio legitur: *Aldermus Ian: 30 1631*. adiecta est in calce aliena membrana uel saltem lineis inscriptis carens, ubi legitur possessoris ni fallor nomen *Thomas* . . . . . (Sheffield?); in scorteo integumento arma possessoris impressa sunt: quadratum scutum, a laeua parte superius alba crux decussata in rubeo campo, infra aureus leo ad laeuam

<sup>1)</sup> u 1550: quid quoque Sedulius uel quid canit ipse Iuuenus. Alcimus et Clemens. Prosper. Paulinus, Arator, quid Fortunatus uel quid Lactantius edunt.

<sup>2)</sup> sc. E 1034, 1082 sq. (qui codicem nostro A similem habuisse eum probant) 1103, 1304—1325. uid. *Karolingische Dichtungen untersucht von Ludwig Traube*, Berlin 1888 p. 17 not. 2 p. 22 sqq. p. 32 not. 1 et 2.

<sup>3)</sup> uid. tamen quod adnotaui infra p. XIV.

<sup>4)</sup> *Catalogi Angliae et Hiberniae*, Oxon. 1697 I 3 p. 99 n. 448.

<sup>5)</sup> f. 110 (Iud. 244—283) cum ipse librum describebam, non suum locum obtinebat; nam cum olim esset primum quaternionis folium (110, 104, 105, 106—107, 108, 109, x), post reulso folio x (quod erat uacuum) per errorem ultimum in locum est delatum. nunc librum denuo ligatum uerumque ordinem restitutum esse Iohn B. Mayor scribit.

partem progrediens in rubeo campo; dextrorsum supra rubeae et aureae rutae, infra campus albus.

Cypriani heptateuchos sublatus est sine dubio ex Wigbodiano opere: omissi sunt in Genesis et Exodi confiniis 608 uersiculi (G 1184—1498, E 1—293) sic tamen ut et subscriptio Genesis et Exodi inscriptio adpareat: porro inter Deuteronomium et Iesu Naue uersiculi 150 desunt (D 285—288 IN 1—146), ubi continuatur carmen ut nulla fenestra adsit, porro IN 364—547 i. 184 uersus omittuntur nulla fenestra, has iacturas non est quod inpuetes librario; fuerunt in codice unde is carmen descripsit multis foliis truncato, sed abrumpitur carmen medio in folio 109 Iudicum uersu 506 sic ut plena sit pagina 109<sup>r</sup> uiginti uersuum, 109<sup>a</sup> nullam litteram contineat, ut ne *fiuit* quidem uerbo concludatur liber, cuius rei multae excogitari possunt causae; nam aut membranae defecerunt scriptorem, aut aliud in monasterium transiit, aut aegritudo uel ipsa mors ad rem persequendam impediuit — aut, quod est uerisimillimum, nihil amplius in exemplari suo inuenit et tamen finem adesse dubitauit subscribere.

Non praetereundus est hoc loco Mico monachus Centulensis, qui a. 825 ex multis auctoribus, quos commodabat armarium monasterii, atque ex ipsis Cypriani libris, quorum unum exemplar ex catalogo Sti Richarii a. 831 composito supra recensuimus, exempla prosodiaca congegissit\*), quorum optimus liber est Bruxellensis 10470—73 (olim Gemblacensis) s. X, deterior Bruxellensis 10077 s. XII, ex his exemplis quae Cypriani sunt aut uidentur esse, mecum communicauit Ludouicus Traube, qui Miconis opuscula edenda suscepit in tertio Poetarum Carolinorum tomo.

Verum Mico iste etiam ex simili conlectione non multo netustiore uersiculos hausit, cui nomen erat *Exempla diuersorum auctorum*: ea ex Vaticano libro Reg. 215 s. VIII/VIII — quo meliorem habuit fontem Mico — H. Keil edidit Halis Sax. a. 1872, iterumque E. Chatelain, *Gradus ad Parnassum*, *Revue de philologie* 1883 p. 65 sqq. idem sine dubio est liber, qui in catalogo Blauibornensi inter a. 1085 et 1101 confectio

\*) uid. E Duemmler N A IV 515—521. *Hist. litt. de la France* V 319.

inscribitur exemplare super uersus auctorum (G. Becker p. 176 n. 115). quae exempla cum septimi nuper saeculi esse censuissem in prooem. Auitiano p. LXVIII. ex Pauli Diaconi Walafridique Strabonis uersiculis. quos inde Mico mutuatus est. L. Traube non multo ante a. 825 conlecta uidit (Rhein. Mus. 1889 p. 479). qui quod conlecta suspicatur in Germanico quodam monasterio. fortasse Augiensi. nescio an rectius Gallicam originem eis adscribamus. quam etiam Vaticanus liber prodit. nam S. Mariae Forcalqueriensis olim fuit. inter codices. quibus auctor est usus. unus uidetur Persium et luuenalem cum Prisciani periegesi coniunctos habuisse; ex Cypriano quattuor habet uersus (190. 191. 195. 196) ex Exodo Numero Iesu Naue sumptos: interpositi sunt tres uersiculi. quorum unus est incerti auctoris (192 surgentes acinos uarios et praesecat uuas). alter (193) Eugenii ex hexaemero 210. tertius (194) Paulini: unde facile est suspicari Cypriani codicem similem nostrorum adhibuisse collectorem. in quo et Eugenii et aliorum carmina multa essent coniuncta.

Redeamus ad Miconem. qui ex quattuor Cypriani locis quos Exempla praebant. tres recepit. ex ipsis Cypriani carminibus. quos quidem nouerimus tredecim selegit: atque ita facit. ut in Genesi non Cypriani sed Binancii Ouidii Prosperi nomen adponat. in ceteris Alchimi (excidit hoc nomen E 29); unum praeterea uersum selegit ex Sodomorum carmine quem Vir. (i. Virgiliano) adscribit. unum ex Hilario. quem tribuit Alchimo. haesitabat igitur in prioribus codicis sui libris. cui adscriberet. mox Alcimi esse. qui fama superabat ceteros. sibi persuasit cum multis suae aetatis et posteriorum hominibus. quamquam in subscriptionibus singulorum librorum Cypriani nomen non desiderabatur.

Sed praeter hos locos alii dantur Alcimo. qui in ueri Alcimi carminibus non inueniuntur. acceduntque alii auctoris nomine carentes. quos. cum dubium non sit quin ad ueteris testamenti libros pertineant eundemque auctorem et sermone prodant et prosodiacis rationibus. facile tibi persuadeas Cypriani esse ex deperditis libris illis. quos et Laurissensis et Cluniacensis libri titulus nominat. unde cum pleniorem fuisse etiam Miconis librum quam Laudunenses nostros cum Cantabrigiensi appareat. praeter

Centulensem illum Wigbodianaë conlectionis, quem catalogus a. 831 confectus indicat, alium quoque uel alios Cypriani codices in Sti Richarii cella tum fuisse suspicari licet.

Aliorum librorum, qui intercidisse uidentur, exigua extat memoria.

Corbeiensis quidam a Montefalconio p. 1408 *d* describitur in catalogo quem illi miserat ipsius monasterii Prior: „Carmina Iuueni in uetus testamentum, quibus succedunt categoriæ Aristotelis: cod. membr. s. X.“ Iuuenicum pro Cypriano positum puto ab eodem, qui in Corbeiensi Genesis libro Iuueni nomen intrusit.

Phil. Labbeus Noua bibliotheca mss. Paris. 1653 p. 57 : „Alcimi, ait, opera poetica nondum edita in Leuiticum. Numeros, Deuteronomium et libros Iosue ac Iudicum proferemus in lucem. Ex Apographis mss. eo praesertim quod Theodori Pulmanni [† 1590] manu descriptum sibi quæ ab Abrahamo Ortelio donatum miserat huc alias R. P. Andreas Schottus Soc. nostræ Presbyter.“ Non indicantur primi libri Genesis et Exodus; unde olim diuersum ab nostris libris *ABC* fuisse librum, quo utebatur Pulmannus, conieci: sed tamen, cum Genesis et prior pars Exodi in Laudunensi altero (*B*) desiderentur, nescio an ex hoc ille deprompserit.

Neque alios praeter Laudunenses libros habuisse Sirmondum (in notis ad Auitum. S. Auiti operum ed. 1643 p. 63 sq.) crediderim, qui Genesin quidem non nominat, sed in ceterorum librorum numeris ad Laudunenses propius accedit, quam ad Cantabrigiensem. nam Numeros quidem ille 689 uersus continere dicit, cum sint 778, Iesu Naue 452 pro 586: sed in Exodo (1327, nos 1332), in Leuitico (308, nos 309), in Deuteronomio (287, nos 288), in Iudicum (695, cum *B* habeat 698, *A* 700, *C* 760) Sirmondiani numeri satis respondent Laudunensibus. accedit quod procliuè erat errare in describendis Romanis numeris, ut ne eos quidem numeros, qui a nostra computatione abhorrent, in Sirmondianis chartis tantopere fuisse diuersos ab initio crediderim.

Iam liceat in conspectu ponere, quas Cyprianeorum carminum partes singuli codices habeant, quas praetermittant.

Genesis	1— 324	A G C	Deuteronomius	1—284	A B C
	325— 378	A — C		285—288	A B —
	376—1183	A G C	Iesu Naue	1—146	A B —
	1184—1498	A G —		147—363	A B C
Exodus	1— 293	A — —		364—547	A B —
	294—1333	A — C		548—586	A B C
Leuiticus	1— 262	A — C	Iudicum	1— 9	A B C
	263— 309	A B C		10— 69	— — C
Numeri	1— 62	A B C		70—506	A B C
	63— 172	A — C		507—770	A B —
	173— 228	A B C		771 sqq.	— — —
	229— 284	A — C			
	285— 778	A B C			

Ex his tribus libris parum diligenter enotatis J. B. Pitra, proditor potius quam editor Cypriani dicendus (nam quod in Rigaltii licentiam et negligentiam iactauit uerbum, in ipsum auctorem recidit) Genesis cap. VIII Exodum Iosua selecta ex Leuitico Numeris Deuteronomio fragmenta edidit in Spicilegii Solesmensis tomo I<sup>1</sup>) p. 171—258 add. p. 569 sq., libri Iudicum laceras tantum paginas cum imaginibus codicum parum scite factis ad quattuor Iudicum uersus exhibuit prooem. p. XXXVII sq. et tabula. multo post totum librum Iudicum cum partibus Leuitici, Numeri, Deuteronomii antea omissis in Spicilegio non maiore cum diligentia typis exscribi iussit in Anecdotorum sacrorum tomo V<sup>2</sup>) p. 181 sqq. praemissis libri Laudunensis 279 (A) lectionibus ad Genesin, quae omnia scatent erroribus turpissimis.

Omniun librorum nostrorum unus est idemque archetypus, id quod communes lacunae et uitia produnt, maxime initia multorum uersuum in Iudicum libro absumpta, et quod carent eis, quae post Iudicum u. 760 olim sequebantur.

<sup>1</sup>) Spicilegium Solesmense complectens Sanctorum Patrum Scriptorumque ecclesiasticorum anecdota hactenus opera . . . cur. domno I. B. Pitra. Tomus I Parisiis 1852.

<sup>2</sup>) Anecdota sacra tom. V = Analecta sacra et classica. Romae 1888.



X

Nazarianus liber

A

Wigbodianus

X<sup>1</sup>X<sup>2</sup>

A

X<sup>3</sup>X<sup>4</sup>

G

B

C

Liber *C* neque ex *A* neque ex *B* deductus est. nam habet genuinos uersus qui in illis desiderantur. e. g. G 734—736 (*CG*). N 51/52. 250—253. 339. E 763 sq., 908. 968, IN 257 in *A* omissos. N 306 omissum in *B*.

Liber *B* non descriptus est ex ipso *A*. sed ex detruncato libro X<sup>3</sup>. in quo Genesis et Exodus et Leuitici maior pars deerant, item N 63—172 et 229—284 nulla fenestra omissi; ipse autem seruauit IN 257 et N 339. qui non leguntur in *A*.

Vterque liber *A* et *B* artissime inter se coniuncti sunt, quod sexcenties lectiones *L* littera significatae testantur; nec tamen minus saepe *B* cum *C* consentit contra librum *A*. quae res facilem explicationem habet: nam quis non uideat libri *C* contextum originem traxisse ex exemplari non pleniore quidem (nam quod iudicum uu. 10—69 habet. qui in *L* desiderantur. alia<sup>1</sup>) est causa. sed iam corrupto eodem. unde etiam *B*

<sup>1</sup>) qui fieri potuerit, ut *C* solus seruaret hos uersus. si deriuatus est ex atano libri *B*, qui eodem archetypo usus est cum *A*. certo quidem nequeo dicere; sed, ut saepe, folium nexu suo solutum in causa fuisse uidetur: sunt enim sexaginta uersus, qui sine dubio duabus pagellis perstripti fuerunt. et nescio an interpolator Anglus inter fragmenta uetustioris

deriuatus est: sed a uiro docto permultis locis non sine ingenio emendatum erat et interpolatum Cypriani carmen. cum in hunc codicem transcribatur. optimaque huius libri lectiones non pro ueris ipsius poetae uerbis habendae sunt sed pro meris coniecturis.

In Genesi. quam alter et deterior Laudunensis liber *B* non habet, eius uicem gerere uidebis codicem *G*, ita ut mox cum *A* contra *C*, mox cum *C* contra *A* faciat.<sup>1)</sup> hunc autem codicem ita cognatum esse cum *B* censeo, ut unum habeant ambo patrem *X*<sup>3</sup>, cuius ex priore parte abscissa et deminuta (nam Exodi et Leuitici particulae. quas cum Genesi sine dubio illa prior pars complectebatur, interierunt, quas tamen ab exemplari non prorsus afuisse subscripta in *G* uerba *Finit Genesis, Incipit Exodus* testantur) *G* sit transcriptus cum multis sane librarii et erroribus et inmutationibus. posterior autem pars in librum *B* defluxerit.

Maior tamen aliquanto libri *G* auctoritas est in Genesi, quam libri *B* in ceteris libris; nam cum librarius *A* saepius ibi quam postea a uero uideatur declinasse, *G* non raro egregiam medellam adfert<sup>2)</sup>; *B* tamen, ubi recedit ab *A*, plerumque errat, ut in toto quidem Iudicum libro uix nouem locis leuiusecula. quae librarius *A* deliquit, in *B* correcta habeantur.<sup>3)</sup> atque ex multitudine uitiorum. quae *B* admisit, concluderim etiam plura membra intercedere inter *X*<sup>3</sup> et *B*, quam inter *X*<sup>3</sup> et *G*.

Liber *A* ut est omnium plenissimus, ita lectiones eius maiorem in uniuersum fidem merentur quam ceterorum.

et plenioris cuiusdam libri, quae bibliotheca monasterii possidebat, illud folium integrum inuenerit et transcripserit. Aldhelmus certe pleniore codice usus erat a Wigbodianiis libris alieno et cum Laurissensi potius cognato; nam ex Regibus uersus aliquot profert, atque ex Numero uersum 503, quo agitur de aqua contradictionis, ab omnibus libris omissum solus seruauit. — eandem rationem in paucos istos uersus Iudicum ἀνεψάλτους adhiberi nolim. quorum paulo pleniora initia in *C* apparent, neque in meliores aliquot lectiones: unus est Genesis u. 495<sup>1</sup>, qui similem rationem admittere uidetur.

<sup>1)</sup> G 482, 557, 568, 632, 650, 662, 722, 771, 800, 826, 847, 851, 935, 986, 970, 1029, 1040, 1174, 1183.

<sup>2)</sup> G 138, 202, 261, 385, 477, 576, 786, 901?, 917, 952?, 977, 1443, 1451.

<sup>3)</sup> I 73, 77, 132, 154, 392, 491, 583, 659, 747.

X littera nuda significavi exemplar illud ex quo deducti sunt duo librorum omnium quos habemus ordines. non Cypriani illud ipsius, ut dictum est. neque etiam Nazarianus iste celeberrimus. sed Wigbodiana traditionis exemplar. si licet hoc nomen usurpare. atque haec recensio ab antiquiore traditione multotiens detorta fuit, quod ut menda innumera<sup>1)</sup> ita lacunae frequentes demonstrant. quarum partem tantum exiguam indicauimus, maior pars conlato graeco exemplari ipsisque saepe capitum uersuumque numeris cernitur. turbati ordinis rariora indicia adsunt: nam quod I 721 sq. ex Regum libris translati sunt. id ad exemplar plenius quoddam pertinet. ac dubito uehementer. num qui sequebantur post Iudices libri. eos etiam Wigbodus seu quisquis carmina Cypriani Wigbodianis quaestionibus interposuit, integros inuenerit: nam quas ipse Iudicum liber iacturas expertus est. tantus earum est numerus. ut uix post Wigbodum natae esse possint.

Paginae libri X uersibus 30—32 perscriptas fuisse patet ex Iudicum libri omissis in *L* uersibus 10 ad 69 et abreptis uersuum 317—346, 407—436, 499—530, 595—624, 683—712 initiis. totus igitur Iudicum liber XIV foliis absolutus fuit. quorum singula hos uersus continebant:

f. I <sup>r</sup>		f. I <sup>n</sup>	1— 9
f. II <sup>r</sup>	10—39	f. II <sup>n</sup>	40— 69 (30+30)
f. III—VI	70—316 (8×30+7)	f. VII <sup>n</sup>	347—376 (30+30)
f. VII <sup>r</sup>	317—346	f. VIII <sup>n</sup>	407—436 (30+30)
f. VIII <sup>r</sup>	377—406	f. VIII <sup>n</sup>	467—498 (30+32)
f. VIII <sup>r</sup>	437—466	f. X <sup>n</sup>	531—562 (32+32)
f. X <sup>r</sup>	499—530	f. XI <sup>n</sup>	595—624 (32+30)
f. XI <sup>r</sup>	563—594	f. XII <sup>n</sup>	655—682 (30+28!)
f. XII <sup>r</sup>	625—654	f. XIII <sup>n</sup>	713—742 (30+30).
f. XIII <sup>r</sup>	683—712		
f. XIII <sup>r</sup>	743—760 (interierunt qui sequebantur).		

<sup>1)</sup> eorum, quibus nomina sacra corrupta sunt, partem tantum huc refero, maiorem partem antiquae interpretationis exemplari uindico, quo Cyprianus utebatur. sane in talibus, quale est *Habea* pro *Manoia* I 287 incusandus erit librarius *X*.

Aduertendae sunt prae ceteris duplices lectiones, quae in X fuerunt. uelut

G 261 *giptans* A, *girptans* C, *gestans* G: *giptans* (s litterae r similis ss.) X

G 482 *inhians gaudens* A, *imhiagaudens* GC: *inhians* X<sup>gaude</sup>

G 1029 *humili* A, *ilico* CG: *humili* X?<sup>sicco</sup>

E 583 *magis plus* C, *plus* A

E 698 *discitat* A, *dehoscitat* C: *discitat* X<sup>no</sup>

E 1032 *perliquidus* A, *praelucidus* C (leg. *perlucidus*)

N 551 *perliquilucidus* A, *perlucidus* BC

N 48 *seruus serus* A, *serus* BC

N 235 *profatur praecatur* A, *profatur* C

N 434 *distinguit distringit* A, *distringit* B, *distinguit* C

N 536 *uiroso loetali* ω

N 672 *monuet* A, *mouet* B, *donet* C<sup>m</sup>

D 93 *iuge & reteneri* A, *iuge ret.* B, *ire ten.* C: *iugeteneri* X<sup>ret</sup>

D 160 *ridente gramina* B, *ridenter gramina*: *rident*<sup>er</sup> *gramina* X cf. G 13

D 251 *protinus placidus sedabit* L, *protinus sedauit placidus* C

D 263 *ius est mihi* ω: *ius mihi* X<sup>6</sup>

I 657 *nocuent* L: *uocent* X<sup>n n</sup>

IN 182 *confestim dat turba* AC, *dat* om. B

IN 310 *iussi* A, *iussis* BC: *iussi* X<sup>7</sup>

diuersas has lectiones<sup>1)</sup> non censuerim Wigbodianum librarium ex suo ingenio scripsisse. sed diligenter descripsisse quae inuenerat: propria erant Nazariani libri, uel eius ex quo Nazarianus descriptus erat. ex hoc autem anti-

<sup>1)</sup> non raro in A, quod falso scriptum erat, statim rectius ponitur altero non deleto, ut N 291 *uer me fero* N 298 *absoluit uere* N 745 *uirens iam germine uir molli*, et uideri potest librarius haec quoque in exemplari inuenisse, cum E 122<sup>2</sup> scribat *diufortia*, pro quo si suum errorem correxisset, *difuortia* scripsisset. ceterum non raro *f* pro *u* positum est in A, ut G 1353 *adfectaque farra* al.

quissimo libro Cluniacensem, forsan et Bobiensem librum deductum esse suspicor, qui magno cum damno harum artium interierunt.

Iam igitur reuoluti ad exemplaria illa priora quae fuerunt in celeberrimis illis monasteriis Laurissensi, Bobiensi, Cluniacensi, quid de fontibus carminum, quae Cypriano adiecimus, statuendum sit uideamus.

Codices qui sola carmina minora a me adiecta Cyprianeis seruarunt, ex collectione, quae ante Wigbodum instituta erat, fluxerunt. eorum et plenissimus et optimus est

- P Parisinus lat. 2772 (Colbertinus) s. X.  
 f. 1 Prosper f. 28<sup>n</sup> Q. Serenus f. 50<sup>r</sup> Anthol. lat. 495 R. (*Sperne lucrum* —) 50<sup>n</sup> Senecae et Pauli epistulae 53<sup>n</sup> *uer(sus) Platonis ad quodam Tiberiano . . . translati* (Anthol. lat. 490 R.) 54<sup>r</sup> *uer(sus) s̄ci Cypriani (ad senatorem)* 55<sup>n</sup> Iudicii signum 56<sup>n</sup> uersus XII sapientum (Anthol. lat. 567 R. sqq.) 58<sup>n</sup> argumenta Vergiliana (Anth. lat. 1 et 2 R.) 61<sup>n</sup> carmen Octauiani Caesaris de Virgilio (Anth. lat. 672 R.) 62<sup>r</sup> *Qui latas uario etc.* (Anth. lat. Ries. II p. X. 62<sup>n</sup> de communibus syllabis („*Vir humilis mesto* —“) 63<sup>r</sup> Hylarii de martyrio Machabaeorum 71<sup>r</sup> opusculum Tertuliani de excidio Sodomae et Niniue 76 Ausoniani Technopaegni particulae aliquot 76<sup>r</sup> de quaestiunculis nominum (disputatio inter M et Δ) 79<sup>r</sup> Paulini Nolani aliquot carmina: de Niceta (c. XVII), de psalmo CXXXVI (c. VIII), „*Beatus ille* —“ (c. VII). 87<sup>n</sup> „*Bis duo nam niuei* —“ (cf. ad Anthol. lat. Riesii c. 727) cum aliquot uersibus Martiani Capellae. 88<sup>n</sup> interpretationes de nominibus. 89<sup>n</sup> Cato. 103<sup>r</sup> sententiae philosophorum. 107<sup>n</sup> de signis et mensibus XII (Ausonianum, Anthol. lat. 640 R.), descriptio ponderum. 108<sup>n</sup> Boetii phil. cons. II. c. 5. f. 3<sup>n</sup> „*Iste liber est de conuentu paradisi*“ s. XIII uel XIII adscriptum. librum ante me descripsit Riesius Anth. II p. X sq. in Sodomorum carmine Steph. Baluzius adhibuit (Cypriani opera Paris. 1717 repet. 1726 appendic. p. CLVII). ipse contuli. ex Nazariano (Laurissensi) codice Io. Sicchardum editurum esse carmen de Sodoma dicit Beatus Rhenanus in praef. ad Tertulliani opera ed. 1528: poterat dicere de excidio Sodomae

et Niniue. nam utrumque carmen in codice fuisse atque Tertuliani nomine inscriptum luculentus testis est codex P, qui nescio an ex ipsis laciniis ueteris Nazariani libri descriptus sit.

Codex Pithoei, ex quo Iuretus ad Paulin. Petric. 1585 primus carmen de Iona et Niniue edidit Tertulliani nomine inscriptum. Colbertini apographum mendosum fuisse uidetur.

Interpolatus textus duorum carminum, TERTULLIANI quae feruntur, quem tamen uerum putauit L. Mueller Mus. Rhen. XXII p. 332 sqq., post Muellerum Hartelius<sup>1)</sup>, ex Cluniacensium bibliotheca manauit; scilicet inter Cluniacenses libros in uetere catalogo codex 526 sic describitur:

Volumen in quo continentur Inuencus, Sedulius, Arator, Prosper, quoddam metrum Tertuliani, Cato, Auianus, quedam diuerse collectiones uersuum dinersorum actorum, libri Archini [leg. Alchimi] episcopi, ars Isidori de grammatica et de disciplinis aliarum artium.

Hic liber ad nostra tempora uenit; est enim nobilissimus liber Alcimi Lugduno-Batauus Voss. lat. Q 86 membr. s. VIII, quem accuratius descripsi in prooemio Auitiano p. LXVI. ibi f. 81<sup>a</sup> ad 85<sup>a</sup>: in christi nomine incipit dictatus tertuliani metrica arte constrictus in primis de incendio Sodomorum. — de Sodomis explicitum. de Iona. — de Iona explicitum. finit. contulit codicem L. Mueller Mus. Rhen. XXII (1867) p. 328 sqq. dubios aliquot locos meum in usum denuo inspexit u. d. de Vries.

alterum huius generis exemplar est Vindobonensis 16 s. VIII, post Oehlerum (Tertulliani opera II 769) ab G. Hartelio conlatus, qui solum de Iona propheta carmen habet Tertuliano adscriptum.

codicem Paris. 8321 (Colbertinum) s. XV, in quo Cypriani Sodoma, non uidi.

AD SENATOREM carmen praeter P hi libri habent:

<sup>1)</sup> quod minor est in VT numerus elisionum sublataque in eis sunt monstra quaedam et metrica et grammatica, inde non recte concluderetur ad auctoris uerba propius accedere hos libros. quo tamen priorum editorum non minuitur meritum, quorum sollertia factum est, ut nos rectius iudicare possemus.

**F** Parisinus 2832 s. VIII f. 29<sup>r</sup> in quo legitur inter Eugenii et Prosperi Florique diaconi carmina. uid. E. Duemmler NA IV 297 sq. Colbertini libri est consors; in utroque desunt uu. 61—85; ipse contuli. plenum habet carmen

**B** Vaticanus Reginae 116 s. VIII—X f. 114<sup>r</sup> post S. Cypriani martyris opera. contulit L. Sternbach. ex hoc libro primus edidit Morelius in Cypriani operibus Paris. 1564. Baluzius Paris. 1726.

Optimus nostrorum est *L* in quem de Sodoma carmen, quod solum habet, ex Nazariano fluxit; Nazarianus enim, quamquam neutrum carmen catalogus commemorat, haut dubie utrumque habuit.

Ad eum proximus auctoritate accedit *P* (Sodoma. Iona), qui ex ipso Nazariano descriptus esse uidetur; aliquot tamen locis iam passus est correctoris manum (ut S 166 *caelestia pro caelo*).

Spernendi sunt libri *V T*, quorum alter utrumque carmen, alter solum de Iona carmen habet; nam textum praebent Carolinorum aevo retractatum ab homine non mediocris ingenii. Cluniacensis ni fallor monasterii sodali, siue ei uerba tradita antiquitus minus placebant, siue quod mutila et corrupta situ (ut Maccabaeorum carmen in codice Corbeiensi) interpretem flagitabant. sed tamen in his quoque uestigia exigua uerae lectionis latitant, quia exemplar ab origine eximiae bonitatis erat. idem nimirum ex quo Alcimi Auiti carmina in librum *V* manarunt, cuius conparem ex Cluniacensi catalogo supra (p. I) commemorauimus.

In MACCABAEIS praeter *P* nominandus est uenerandae uetustatis codex, ex quo primum innotuit illud carmen:

**C** Corbeiensis, post Sangermanensis 598, nunc Petropolitanus F. XIV, 1, membr. s. VIII, in quo post Bonifatii aenigmata et selecta Fortunati carmina f. 104<sup>r</sup> carmen illud extat. sequuntur a f. 110<sup>r</sup> Aldhelmi de uirginitate et de Eliae historia carmina, deinde series sacrorum epigrammatum, postremo Aldhelmi et Symphosii aenigmata. quorum omnium accuratum recensum dedit F. Leo in prooemio operum poeticorum Fortunati p. VIII—XII. ipse contuli anno 1883 habuique conlationem a Carolo Schenkl accurate institutam in usum G. Brandesii.

Ex huius libri apographo Ioannes Sichardus primus de Maccabaeorum martyrio carmen edidit in libro „Antidotum contra diuersas omnium fere saeculorum haereses . . . Basileae excudebat Henricus Petrus, mense Augusto anno MDXXVIII“ fol., f. 79<sup>a</sup>—83<sup>r</sup> 1). Sichardi exemplar iterum typis describendum curauit, sed mendis inquinatum, Iohannes Herold in Haeresiologia, quam Basileae Henrici petri praelis expressit a. 1556 fol.; tertioqus Georgius Fabricius in Poetarum ueterum ecclesiasticorum operibus christianis, Basileae per Oporinum (M. D. LXIII) 4<sup>o</sup> p. 443—453, qui non paucos locos coniectura mutauit 2). qui postea ediderunt ex deterioribus codicibus aliquantum Corbeiensem textum emendare studuerunt. qui tamen, quamquam ab origine nonnihil bonae frugis inhaesit, tam corruptus est, ut ne in adnotationem quidem eius lectiones debuerint recipi nisi paucissimae, et praestare uisum sit Sichardiano textui subscribere.

Deteriores Maccabaeorum codices quam *P* et interpolati: 3)

Parisinus 8093 s. VIII, ex parte s. X. continet Sedulium, *B* Catonem, Eugenii Isidori Martini Dumiensis Damasi carmina. Theodulfi quaedam (E. Duemmler N A IV 245). Hilarii de Maccabaeis carmen, Vergiliana (uid. Naeke ad Valerium Catonem p. 344), Auieni fabulas alia. breui Riesius descripsit AL II p. XXI sq.

1) Gregorius Gyraldus in dialogo de poetis ubi Marius Victorium Afrum uersu heroico septem Maccabaeorum fratrum necem descripsisse dixit. pergit: „quod non multo ante poema legi, parum licet castigatum. praeter enim fenestras quae in eo patentes pleraeque existunt, uacillantes quoque syllabas et pedes offendimus.“ Sichardi non dubium quin exemplar ante oculos habuerit, non scriptum aliquem librum.

2) Sichardianum exemplar Fabricii manu correctum possidet bibliotheca regia Dresdensis.

3) „P. Labbeus in dissertatione historica de Victorino quosdam codices. Hilarium praefereutes commemorat. Oudinus etiam tom. V. de scriptt. eccles. p. 1230 quatuor Mss. exemplaria Hilario idem carmen adiudicantia recenset, nimirum tria Colbertina 1512, 3892 et 4734 ac unum inter suos . . . suorum codicum praesidio ita se carmen hoc emendasse Oudinus monuit, ut nouum omnino opus uideri possit“. sic Ballerini fratres in nota quam editioni suae praemisissent (Leonis Magni opera tom. II p. 343). unde patet non Corbeiensem contextum in Oudinianis codicibus fuisse, sed qualem libri *PBL* praebent.



— folio 51<sup>a</sup> subscriptum est „*Nic. Fabri est*“. Maccabaeorum carmen ex hoc codice edidit G. F. H. Beck in calce dissertationis de Orosii fontibus, Marburgi Hass. 1832 p. 37—60 (cf. Hallesche f LZ 1836 n. 91).

Floriacensis liber, unde Ioannes a Bosco *carmen de Maccabaeis* edidit in libro „Floriacensis uetus bibliotheca . . . opera Ioannis a Bosco Parisiensis. Lugd. 1605. 8<sup>o</sup> uol. II p. 196 sqq. qui ait p. 197 „Cuiusnam Hilarii sint hi uersus Pictauiensis an Arelatensis, non ausim est (*sic*) affirmare, propius tamen ad stylum Hilarii Pictauiensis accedere uidentur; ut uersus de Creatione mundi in fine operum suorum ipsi adscripti indicant. Caeterum eos ut in ueteri exemplari legebamus, descripsimus: asteriscis tantum corrupti ubinam sint scriptorum errore, indicantes. et in margine aliquantisper restituentes.“ Haec tamen non prorsus uera; nam aliquotiens sine dubio Sichardi lectiones recepit. aliis locis quae in scripto libro erant, non recte legit. Tanta autem est inter *B* et *f* similitudo, non ut duo sed ut unum eundemque librum esse facile tibi persuadeas, non digni tamen sunt in quibus diligentius examinandis et conferendis opera conlocetur. Nec minus interpolatis est accensendus neque ullius pretii:

L Vossianus Leidensis lat. O 15 s. XI (sic Baehrens PLM V 31) uel VIII—X (sic L. Mueller Neue Jahrb. LXVI p. 266. 563). inest a f. 4<sup>a</sup> Romulus thiberino filio . . . ibidem laudes S. Benedicti „Ordinar unde tuos.“ (Pauli Diaconi est carmen), Simphosii enigmata. f. 5<sup>r</sup> Auianus f. 8 monosticha de aerumnis Herculis. Hilarii de martirio Maccabaeorum. f. 10<sup>r</sup> Remi Fauini epistola de ponderibus. f. 10<sup>a</sup> Prisciani periegesis. contulit G. Brandes.

HILARIANO de creatione mundi carmini, cuius praeter egreium exemplar Laudunense pessimum Victorinum cum Colbertino, quibus solis editores a Ludouico Miraeo (Hilarii Pict. opp. Paris: 1544) ad Constantium (Hilarii Pict. opp. ed. . . Sti. Mauri Paris. 1693) usi sunt, alios codices non inueni; adiunxi eiusdem carmen DE EVANGELIO e cod. Sangallensi 48 s. IX (uid. Scherrer Verz. d. Handschriften der Stiftsbibl. v. St. Gallen 1875 p. 20) editum ab H. C. M. Rettigio (Prolegom. ad IV Euangeliorum Cod. Sangal-

lensis graeco-lat. Turici 1836) iterumque a Pitra Spicil. Solesmensis I p. 166—170. codicis nouam conlationem nostrum in usum instituit d. u. Dierauer professor Sangallensis. leguntur in pag. 1 uu. 1—26, pag. 2 uu. 27—60, in pag. 8 uu. 61—99, denique in p. 18 uu. 100—114: cetera interierunt.

Non est quod insulsam eorum sententiam refellam, qui Iuuenicum historiae euangelicae auctorem Heptateuchum quoque nostrum condidisse censuerunt:<sup>1)</sup> cum quo nulla prorsus neque in ratione narrandi neque in sermone neque denique in re metrica appareat similitudo. uix quod horum carminum auctorem cognitum quidem habuisse ueterem Iuuenicum eiusque aliquotiens uerba usurpasse demonstrauerunt.<sup>2)</sup>

Noluit Cyprianus, quod ille uolebat, celeberrimarum et grauissimarum rerum sacrarum conspectum proponere ingenio et arte exornatum: simplicissima ratione sic egit, ut totum ordinem rerum qui erat in uetusta sua ueteris testamenti uersione, diligenter ac seuerè sequeretur, in eligendis rebus non poeticae artis legibus parens sed necessitati, ut tamen, ne iusto maius uolumen existeret, recideret quae nullo negotio omitti poterant, passimque, ne legentium animi ariditate rerum fatigarentur, elatiore stilo floridioribusque uerbis communes quosdam locos exornaret (ut N 105—113, 205 sqq.). sermone autem eo usus est, qui medius quodammodo esset inter Vergilianum, quo pueri olim atque etiam post eum imbuebantur, et uulgarem sacrorum librorum, cuius neque deterrerentur alumni barbaria et adsuescerent in dies magis sacris litteris. similiter in re metrica se gessit; nam cum suauissimos uersus conderet atque elegantissimos, non hexametros solum sed etiam hendecasyllabos (neque enim metrum poetae erat uinculum molestissimum, quod ait Becker<sup>3)</sup>), qui

<sup>1)</sup> rectum de hac re Areali iudicum ad Gen. 266 M. et 499 M.

<sup>2)</sup> cf. quae Pitra conlegit p. XL sq.; imprimis notanda sunt quae adscriptimus ad G 713, 873, E 375, N 695, IN 40.

<sup>3)</sup> Carolus Becker, de metris in Heptateuchum diss. phil. Bonnae 1889 p. 12. Rectius C. Schenkl Z. f. österr. G. 1873 p. 37: Auch nicht Gewandtheit im Versbau (ist dem Dichter abzusprechen), obwohl er meistens in eintöniger Weise die Penthemimeris gebraucht und sich auch große metrische Freiheiten gestattet.

natum eum ad poetica studio ostendunt, tamen ab usu classico, quem bene norat. ad sui temporis usum declinavit, qui quid inter longas et breves syllabas esset discriminis parum curabat; quod autem in multis uersibus, qui horrerent barbaris nominibus, hexametri leges parum severe obseruauit, festinantiae tribuerim neque dubito quin, si ei licuisset retractare carmina sua, multo limatiores illi ad nos uenissent.

Galliam patriam esse Heptateuchi auctoris, quae erat L. Muelleri sententia, cum propter codices in ea terra scriptos. tum propter sermonem tenendum erit, quem alienum prorsus ab Africanis ad uulgarem usum Gallorum accedere C. Becker p. 18—26 probauit. quaeritur nomen num recte traditum sit atque qua ille scripserit aetate.

Cyprianus autem nomen quod libri praebent, non uideo cur in dubitationem uocetur; nam id ut aliis in gentibus sic apud Gallos erat frequens; cuius rei exemplum ut afferrem, in prooemio Auitiano p. LXIII Cypriani Tolonensis episcopi mentionem feci eumque etiam esse posse Cyprianeorum quae feruntur carminum auctorem dixi. hoc tamen multae sunt causae quae dissuadeant; itaque ego dudum eam suspicionem abieci nec praeter nomen quidquam de poetae Galli persona scire me confiteor, ne illud quidem, utrum fuerit clericus an profanus. rhetorem fuisse atque iuris peritum. quod uult Becker p. 45.<sup>1)</sup> ex sermone diiudicari posse negauerim, praesertim cum ab eis disciplinis ne clericos quidem eorum temporum alienos fuisse sciamus.

Non mediocriter tamen litteris latinis institutum eum produnt innumeri loci, quibus principum poetarum a Lucretio ad suam prope aetatem uersus imitatur. Vergilium prae ceteris; sed et Horatium cum Ouidio, Persium et Iuuenalem, Lucanum quoque ni fallor cum Statio et Silio in deliciis habuit. quibus ex pedestribus auctoribus Sallustium, Liuium,

<sup>1)</sup> in arte geographica satis rudem fuisse poetam Becker p. 45 coniecit inde quod Iordanem in oceanum fluere narrat IN 103, D 5 eam autem insipientiam magis saeculo quam poetae opprobrio esse dicit coll. eis quae Schenkelius de M. Victore p. 352 ait; sed illud sacram paginam secutus narrat, quam relinquere non opus erat.

Tacitum adiungas; eorumque poetarum non uerba solum sed totos uersus usurpat. accedit Hispanorum poetarum Iuueni, Prudentii, Paulini Nolani studium. maximi autem haec res momenti est ad aetatem qua uixerit definiendam; nam cum Ausonii<sup>1)</sup> quoque locos exscripserit atque Claudiani non adeo multos quam graues, post hos scripsisse eum constat, uel ut accuratius tempus significemus post a 398; nam Claudianus panegyricum de tertio consulatu Honorii, ex cuius uu. 97—99 Exodi uu. 474 sqq. IN 131 fluxerunt<sup>2)</sup>, a. 395 ex. composuit, a. 397 ex. de quarto eiusdem consulatu, unde Cyprianus hausit E 152 (*magnarum largitor opum, largitor honorum* Claudianus ait u. 118).

Vt autem tempus, quo poeta uixerit, aliquanto accuratius definiamus terminumque ante quem scripserit ponamus, uidendum erit, num Christiani poetae quinti uel sexti saeculi eum ante oculos habuerint, quorum principes sunt Cl. Marius Victor atque Alcimus Ecdicius Auitus, et ipsi Gallia oriundi; quorum alter paucis tantum innotuit, alter eximia laude potitus et aequalium et posteritatis ipsius Cypriani quasi patrocinium suscepisse uidetur, unde factum est ut utriusque carmina coniuncta propagarentur. Et Victor quidem, cum in uniuersum magnum intercedat discrimen inter eius atque Cypriani carmen, quod luculenter exposuit Schenkelius p. 352 sq., non dubitare licet quin Cypriani Genesin legerit multisque locis paene ad uerbum secutus sit, qua de re uid. Schenkeli uerba. Victorem autem cum mortuum esse dicat Gennadius Theodosio et Valentiniano regnantibus (quorum alter Valentinianus III imperator ab a. 425 ad a. 455 regnauit, alter Theodosius II obiit a.

<sup>1)</sup> Ausonii principalis locus est Mos. 47 quem imitatus est Cyprianus IN 89.

<sup>2)</sup> primus Manitius mihi hos locos indicauit, quos etiam Iohn E. B. Mayor inuenit The latin Heptateuch p. XLII et 92. non recte Mayor p. 92, 10 suspicatur non ex ipso Claudiano sed ex Augustino de c. d. V 26 hos uersus desumptos esse uel ex Orosio VII 35, 21; nam et omisit Augustinus totum uersum, quem Cyprianus usurpauit (*cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes*, unde noster *celsis cui misit ab astris munimenta deus*), et *cui militat*, quod Cyprianus ex ipso Claudiano scripsit, detorsit in *tibi militat*. praeterea accedunt alia ex eodem aliisque Claudianeis carminibus hausta; ex eodem G 357, 998, atque inprimis E 152 ex aliis minus certa ex bello Gildonico D 89, ex c. in Rufinum G 985, ex raptu Proserpinae E 861 et 1100.

450), medio saeculo quinto ipsum et scripsisse et obiisse suspiceris<sup>1)</sup>, Cyprianum autem post eius saeculi initium poemasauum condidisse. eodemque quo Victor tempore etiam Hilarius Genesis ad Leonem papam (consecratus is erat a. 440, obiit a. 461) conditor Cypriani Genesin legisse uidetur cf. G 13 conl. cum H 101<sup>2)</sup>).

Atque in hanc aetatis definitionem (quam olim suadebat L. Mueller Rh. Mus. 1866 p. 127) etiam illud conuenit, quod auctor uetustam uersionem latinam, qua ante Hieronymi tempora utebantur, strictim sequitur (quod idem L. Mueller primus uidit), nam sexto saeculo ex usu catholicae ecclesiae disparuit illa solorumque paene Arrianorum in manibus erat, quod, ut alia taceam, ex Auito satis elucet<sup>3)</sup>).

Atque ab hac ipsa parte maximi momenti sunt Cyprianea carmina, quod qualis fuerit illa uersio per totos octo libros continua oratione deducta melius ostendat quam codicum breuia fragmenta<sup>4)</sup> aut singuli loci quos Christiani auctores inde elegerunt<sup>5)</sup>. atque olim quidem consilium erat in commentariis

<sup>1)</sup> non multo post a. 425 obiisse Victorem putat Schenkelius p. 348 sq., quem sequitur Becker p. 39 sq. Nescio quid difficultatis Iohn E. B. Mayor inuenit, qui p. XLII dicit Schenkelium, si Claudiani imitatore esse Cyprianum nouisset, Victorem Heptateuchi debitorem facturum non fuisse.

<sup>2)</sup> multa ex Sedulio mutuatum esse dicit L. Mueller: sed si quid simile inter C. et S. est, uterque uidetur a prioribus hausisse, non alter ex altero. an Cypr. E 1144 . . . Sedul. I 205 aliter explicandus sit? ego Sedulium post Cyprianum fuisse putauerim; post Cyprianum Sedulium Manitius quoque ponit Philol. N F. I (XLVII) p. 713.

<sup>3)</sup> cf. prooem. ad Auit. p. XXXII n. 40; non obstat meae sententiae, quod L. Ziegler apud Beckerum p. 38 in conciliis synodisque sexti quoque saeculi uetustam interpretationem adhibitam esse dicit.

<sup>4)</sup> Pentateuchi uersio antiquissima latina e eod. Lugdunensi . . . par Vlyse Robert. Paris 1881. 4<sup>o</sup> (Gen. 16, 9—17, 18. 19, 5—29. 26, 33—33, 15. 37, 7—38, 22. 42, 36—50, 26. Ex. 1, 1—7, 19. 21, 9—36. 25, 25—26, 13. 27, 6—40, 36. Lev. 1, 1—27, 34. Num. 1, 1—36, 13. Deut. 1, 1—11, 4).

Par Palimpsestorum Wirceburgensium . . . eruit . . . E. Ranke. Vindob. 1871. 4<sup>o</sup>.

Variae lectiones uulgatae latinae bibliorum ed. Vercellone. Roma 1860. 4<sup>o</sup>: Ottoboniani libri pauca t. I p. 182 sqq. et 307 sqq.

<sup>5)</sup> Sabatarii Bibliorum sacr. latinae uersiones antiquae seu uetus italica. Paris 1751 4 tomi.

subscribere cum locos, ex quibus consensus Cypriani cum LXX et Itala quam dicunt uersione apparet, tum ubi auctor ab Graecis Latinisque fontibus notis declinaret; sed cum alterum extra dubitationem esset<sup>1)</sup>, alterum anceps et lubricum, dum nondum edita multa in bibliothecis latent, satis duxi in nominibus propriis quid intercederet inter Cyprianea et Hieronymianum sacrae paginae contextum significare. caueant tamen, quicumque legent Heptateuchum, quidquid Cyprianus tradit, Italiae adscribant omnia; nam multis locis auctor aut deprauatum textum Italiae secutus est aut ipse errauit<sup>2)</sup>. sed de his aliisque rebus, quae huc pertinent, diligentissime quantum potuit per editores priores Carolus Becker egit: ad hunc igitur et Johannem E. B. Mayor lecturos reicio<sup>3)</sup>.

Quae adiunximus carmina de Sodoma atque Iona postquam diu haesitavi, num eiusdem Cypriani essent, nunc non esse eumque titulum Wigbodianae familiae auctori deberi pro

<sup>1)</sup> uid. etiam exempla quibus Mayor p. XLIII sqq. C. Becker p. 28 consensum Cypriani cum Itala probarunt. maxima similitudine poeta utitur cum Wirceburgensi codice, quem Ranke non esse Africanæ originis contendit, contra Ottobonianum et Lugdunensem, neque consentit cum Tertulliano et Augustino magis quam cum Ambrosio et Hieronymo, unde uix dubium est quin carmen indole sua Gallicam originem prodat (Becker p. 36).

<sup>2)</sup> sic ex male intellecto Graeco textu in latinam uersionem uenerunt E 418 Paulaeum (τῆς ἐπαύλεως), E 27 Etonum. ex corruptis Italiae libris non raro numeri deprauati, ut IN 585 N 129; inde alios permultos errores fluxisse suspicor, ut si I 74 (1, 33) Bethsamitæ et Bethanitæ innumes dicuntur, cum tributarios dicant LXX et Vulgata. cf. etiam I 676 (ulnam non amplius unam). nescio an ipse Cyprianus errauisse credendus sit, cum Sethum Noe filium narret pro Semo G 225. multa nomina sine dubio uersui adcommodauit poeta ut Donibezelum, Thali (Esthaol) I 537, Thamnam (Thamnata), Ernadurum (Phenaeddor); alia Cyprianeis libris sunt tribuenda, ut si nomina in initiis uersuum posita prima littera spoliantur; sic Aredina pro Zaredina, Occodum pro Soccodum, aut mutatis initialibus: Iazera pro Sazera, Tabulon pro Zabulon, Iasuris pro et Asuris, Habali pro Nabali. utrum Cypriano an libris dandum sit, ubi C et G, J et D, T et TH, N et M commutantur, non certo constat; multa tamen id genus quae intacta reliqui, maxime dubia uidentur. aliquotiens Cyprianeorum librorum corrupta lectio emendari potest ex Itala. ut G 833 hordea (ubi conferatur Martenius).

<sup>3)</sup> C. Becker diss. p. 27—36, Mayor the latin Heptateuch p. XLIII sqq.

certo adfirmauerim; namque a Cypriani et sermone et arte uersuum condendorum plane abhorrent: in utroque longe superior est Cyprianus, qui ubi liberius tractandi uenia data est, nullam admittit obscuritatem nullisque difficultatibus impeditos uersiculos decurrere iubet. Sodomae contra et Ionae auctor minus est elegans minusque dilucidus, neque quae sunt obscura apud eum, a narrationis sacrae difficultatibus ueniam habent, sed distorto ingenio auctoris omnia debentur. sed si non Cypriani. eiusdem tamen aetatis et patriae fuisse auctorem eorum arbitror.<sup>1)</sup>

De carmine quod ad Senatorem nescio quem scriptum perhibetur, ne tantum quidem me scire confiteor; prioris tamen aliquanto aetatis neque Gallicae originis esse crediderim.

Vt Cypriani, ita Hilarii multi fuerunt in Gallia etiam quinto saeculo. itaque cum Pictauiensi episcopo, cui in codicibus aperto errore adscribitur, indigna sit censenda Genesis, propterea sane non est cur Arelatensi episcopo (429—449) tribuamus cum Sixto Senensi et aliis, praesertim cum ne uitae quidem Hilarianae auctor praeter uersus fontis ardentis quidquam eum poetici generis scripsisse perhibeat.<sup>2)</sup> ceterum eiusdem auctoris.

<sup>1)</sup> post Hegesippum i. Ambrosium is scripsit, antiquam uersionem bibliorum secutus, in re metrica saeculi quinti alumnus. Cyprianus tamen etiam Vergiliana imitatione eum longe superat. — Tertulliani nomen quod est in optimis libris (praeter Laudunenses) unde inrepsit, non habeo dicere: sermonis similitudo quaedam non potuit in causa esse; nam solutae orationis et uinctae, quae ad Vergilianam imitationem conformata erat, rationes ita diuersas esse, ut comparari inter se et conferri non possent, ne illorum quidem temporum maxime in Gallia homines ignorabant, et clamant Alcimi opera.

<sup>2)</sup> Leonis Magni opera ed. Ballerini. Venet. 1756 II 327 cap. XI. — Pitra quidem in *Analectis sacris et classicis* p. 138 sqq. ex Mellicensibus libris edidit Orationem ad indiuiduam trinitatem tribus distichis compositam, quam tamen Arelatensis episcopi esse uix probari possit (ceterum in Mellicensi codice CLIX, ex quo Pitro eam se dicit descripsisse, non inuenitur) hymnumque notissimum qui incipit *Ad caeli clara non sum dignus sidera*, quem alii libri Pictauiensi episcopo tribuunt; inter Paulini Aquilegiensis carmina edidit E. Duemmler PAC I 147 cf. 125. Propter sermonis quandam similitudinem cum Maccabaeorum carmine C. Oudin (Comm. de script. eccles. antiquiss. Lips. 1722 I 1230) Hilario tribuebat poema de proidentia dei, quod legitur inter Prosperi carmina (Mign. LXI 617).

qui Genesin scripsit, de Euangelio carmen est, cuius Sangallensis liber particulam seruauit. eidem auctori adscribi posse de Maccabaeis carmen, quod eiusdem sane aetatis est, non tam certo adfirmare audeam, cum praesertim dubitari possit, num Hilarii nomen ex Genesis inscriptione per errorem huc sit translatum.

---



## ADDENDA ET CORRIGENDA

maximam partem lectiones libri Cantabrigiensis, quas a me neglectas u. d.  
Mayor roganti subpeditauit\*).

### GENESIS.

- |   |   |
|---|---|
| <p>50 <i>add.</i> paradysus <i>C</i><br/>                     52 <i>add.</i> laetabilis <i>A.Oxé, cf. Vulg. et LXXII</i><br/>                     56 <i>l.</i> undante (undanti <i>GC</i>)<br/>                     68 <i>l.</i> solliciti: ti ex te <i>pr. C</i><br/>                     (non <i>A</i>)<br/>                     74 <i>add.</i> spirus <i>C</i><br/>                     101 euam <i>A</i> (non <i>L</i>)<br/>                     103 <i>l.</i> loquellis<br/>                     135 <i>l.</i> genitricis <i>GC</i><br/>                     179 <i>l.</i> peculit <i>C</i> (non <i>AC</i>)<br/>                     186 <i>add.</i> subiit <i>C</i><br/>                     202 <i>l.</i> deputat<br/>                     212 <i>l.</i> fas (ius <i>GC</i>)<br/>                     214 <i>add.</i> uatum] iratum ut <i>uid. C</i><br/>                     234 <i>add.</i> lectat <i>C</i><br/>                     261 <i>add.</i> dispexit <i>C</i><br/>                     264 <i>dele</i> cymbam <i>A?</i><br/>                     272 <i>l.</i> <i>adscr.</i><br/>                     274 <i>l.</i> defundere (sic <i>A. diffun-</i><br/>                     dere <i>GC</i>).<br/>                     280 <i>l.</i> perpetuo <i>A</i> (non <i>AC</i>)<br/>                     288 <i>nescio an atque ante abyssus</i><br/> <i>delendum sit</i><br/>                     316 <i>add.</i> adq. <i>GC</i><br/>                     340 <i>add.</i> mutis <i>Mayor</i><br/>                     343 <i>add.</i> dent <i>Mayor</i><br/>                     369 <i>l.</i> Amorreus (amorris <i>C</i>)<br/>                     370 <i>l.</i> Gergeseus<br/>                     382 <i>l.</i> Acalam<br/>                     391 <i>l.</i> coquantur <i>GC</i><br/>                     397 <i>add.</i> ciuia <i>C</i><br/>                     398 <i>l.</i> descendit <i>AG</i> (non <i>CG</i>)<br/>                     415 limena <i>G</i> (non <i>lemina</i>)<br/>                     445 <i>l.</i> actu cum libris ut <i>u. 825</i><br/>                     445 <i>add.</i> inluseret <i>C</i></p> | <p>464 <i>dele uerba „an qua“ etc. (coll. Exod. 1004 quas)</i><br/>                     481 <i>l.</i> Arioch. Adachar<br/>                     482 <i>l.</i> adque <i>GC</i><br/>                     488 <i>l.</i> retractans <i>AC</i> retractant <i>G</i><br/>                     526 <i>l.</i> atmonitus <i>C</i><br/>                     540 <i>l.</i> aegypti <i>AC</i><br/>                     550 <i>l.</i> Euphrates<br/>                     583 <i>add.</i> exit <i>C</i><br/>                     594 <i>l.</i> quicquid <i>AC</i><br/>                     605 <i>l.</i> ipsa (sic <i>A, ipse GC</i>)<br/>                     614 <i>l.</i> ceptas <i>A</i> (non <i>B</i>)<br/>                     620 <i>l.</i> timit <i>GC</i><br/>                     644 <i>l.</i> delitigat (dil. <math>\omega</math>)<br/>                     655 <i>l.</i> genitricē <i>C</i><br/>                     696 <i>l.</i> mille <i>C</i><br/>                     706 <i>add.</i> tempore <i>C</i><br/>                     708 <i>add.</i> mandat <i>C</i><br/>                     723 <i>l.</i> iuratio <i>AC</i><br/>                     758 <i>l.</i> efremo <i>AC</i><br/>                     761 <i>e]</i> ē <i>G</i><br/>                     776 itere <i>A</i> (non <i>G</i>)<br/>                     788 <i>dele uerba „infoecunda C?“</i><br/>                     807 <i>add.</i> patris <i>C</i><br/>                     838 <i>l.</i> irriguos <i>A</i><br/>                     839 <i>add.</i> <i>syll.</i> sor <i>al. ss.</i><br/>                     840 <i>add.</i> timide <i>C</i><br/>                     842 <i>l.</i> demitteret (dim. <math>\omega</math>)<br/>                     843 <i>add.</i> scatebro <i>C</i><br/>                     851 <i>l.</i> habundanti <i>GC</i> (sed <i>ab. G</i>)<br/>                     857 <i>l.</i> inuicto <i>AC</i> inuincto <i>G</i><br/>                     859 <i>l.</i> dominum <i>A</i> (non <i>dominem</i>)<br/>                     877 <i>add.</i> corpori <i>C</i><br/>                     886 <i>add.</i> successit <i>C</i><br/>                     917 <i>l.</i> puro <i>GC</i> pure <i>A</i><br/>                     938 <i>l.</i> calente <i>A</i> calenti <i>GC</i></p> |
|---|---|

\*) maioribus litteris, quae in ipsis uersibus, minoribus, quae in adnotatione mutata uelim, expressi.

- 964 *l. atuat* *C*  
 967 *crearit* *G*  
 972 *l. largitus* *GC*  
 973 *l. iosephum* *A*  
 989 *l. que* *C* (*non quem*)  
 990 *l. prestaret* *A* *prestarent* *C*  
 991 *tolle interrogandi notam post o*  
 1016 *distingue tribuat pacemque*  
*petenti.*  
 1003 *l. .VI.*  
 1040 *nunc legerim praestitit ac*  
*missum*  
 1046 *add. contegerat* *C*  
 1079 *l. illicit*  $\omega$  (*non CG*)
- 1096 *l. neptalimus* *A* *neptalinus* *C*  
*nepthalimus* *G*  
 1115 *an auctus?*  
 1128 *l. teneros* *C*  
 1131 *l. destringunt* (*distr.  $\omega$* )  
 1163 *l. camellos* (*sic A, ca-*  
*melos* *G*)  
 1174 *add. strepitū* *C*  
*ibid. l. colinae* *GC*  
 1311 *nequeat*] *an queat ne f. l. uel*  
*nequeat ceu f. l.*  
 1300 *ut tum rep.* *A* (*non G*)  
 1410 *relinquunt* *G*  
 1464 *l. expletæ* *G* *explaetae* *A*  
 1477 *l. uates* (*uatis* *A*)

Subscriptio] *add. Incipit Exodus G teste Martenio, om. A.*

## EXODVS.

- 1  *marg. sin. diñ. A* (*cf. Deut. 1*)  
 100 *l. hae*  
 108 *l. prumptim* *A*  
 191 *„faraon A“ pertinet ad u. 291*  
 287 *l. nubibus*  $\pi$  *A?*  
 344 *l. ipsi* (*ipsi* *A* *ipsis* *C*)  
 390 *l. necquisquam* *C*  
 407 *adde pubis* *A*  
 410 *l. dexteramque* *C* (*dextream-*  
*que* *A del.*)  
 412 *l. thothum* *AC*  
 419 *l. bellis efonti* *AC*  
 433 *adde uaris* *C*  
 439 *l. cernit et]* *cerneret* *C*  
 477 *l. hinc]* *huc* *C*  
 508 *l. cui*  $\langle$  *sit*  $\rangle$  *gloria infra*  
*p. 348 scripsi. et sic I. T.*  
*Hatfield* (*American Journal*  
*of Philology XI No. 1).*  
*idem dum honore proposuit.*  
 564 *l. quaeque]* *quae* *C*  
 621 *praefig. „cf. 16, 31“*  
 629 *l. parasceua* (*ex A, paras-*  
*ceue* *C*)  
 687 *l. gesta, deo mandante*  
*propheta*  
 690 *l. conpellans]* *A*  
 703 *l. legiones* *C* *legionis* *A*  
 704 *hae* (*non hac*) *C* *t. Mayor.*  
 711 *add. monit'q.* *C*
- 732 *add. linquentibus* *C*  
 747 *add. terribilis* *C*  
 757 *ingas* *G. Schepss* (*Berliner*  
*phil. Wochenschrift 1890 p.*  
*602), at cf. E 1087.*  
 765 *imo]* *an uno?* *C*  
 812 *add. nœc* *C*  
 829 *l. saxoque]* *saxoue* *A*  
 848 *add. ædax* *C*  
 871 *l. claudet* (*sic A, claudat* *C*)  
 874 *l. carnes]* *crines* *A*  
 876 *l. pretiumq.* *C*  
 929 *l. daemonum*  
 922 *add. pretio* *C*  
 953 *add. edat* *C*  
 957 *deleas uerba „inter 957— in C“*  
 973 *add. modo* *C*  
 987 *add. sola]* *pone* *C*  
 997 *l. loquelis* *C*  
 1009 *l. saeculum* *C*  
 1010 *add. adclinis* *C*  
 1014 *l. tremescunt*  
 1035 *l. Aaronem*  
 1035 *add. Aronem moysenque* *C*  
 1044 *l. diffudit* (*diffundit*  $\pi$ )  
 1086 *an lacuna post h. u.?*  
 1098 *f. topaza adiuncta, sinaragdus;*  
 1100 *l. uiret* (*sic Mayor, uiget* *AC*)  
 1126 *f. ad maxima* (*ad C et A*)  
 1129 *l. clarigenus ortus* (*ori-*  
*go* *AC*)

1139 *add.* hac C  
 1217 *l.* exsortem C  
 1248 *add.* socio *om.* C  
 1267 *l.* quaeque] q.que C

1309 *l.* eluderet  
 1306 *l.* post bella populus C  
 1311 *l.* iam] nam C  
 1328 *l.* limine uallum C

## LEVITICVS.

5 *l.* daret quae] quae *om.* A  
 33 *l.* ore miluus unco  
 34 *add.* mætato C  
 41 *l.* pelliculam (*sic* C, pelliculum A, *non* C)  
 51 *f.* quoque <et> effigies  
 67 *l.* miscet  
 78 fas] *l.* ius (*sic* AC)  
 80 *l.* deducere  
 83 *add.* ope C  
 110 muterum Mayor (*ef.* G 340)  
 96 *l.* Aronis (*sic* AC)  
 97 *l.* diuisa (*dimissa* AC)  
 117 *l.* acōmoda C

122 inspecta] *l.* suscepta (*sic* AC)  
 124 *l.* iuntior  
 128 *l.* carorum (*sic* AC)  
 163 *l.* i. rebus et c. C  
 191 *tolle lineolam post aeuo*  
 210 *l.* haut (*aut* C)  
 211 *add.* haud] *aut* C  
 218 *add.* sin C  
 224 *l.* flammiatum A (*non* C)  
 260 *add.* optuto C  
 277 *l.* ambiit L  
 285 *add.* promet p Mayor  
 308 *add.* pendet C

post 309] FINIT LIBER LEVITICVS (*f.* 127<sup>a</sup> col. 2) INCIPIT M. S. N.  
 (*f.* 132<sup>a</sup> col. 2) A

## NVMERVS.

1 securibus Sirmondus in notis  
*ad Auitum; an solitis de cur-*  
*sibus ut Exod. 1284?*  
 7 *add.* certe C  
 43 *l.* ex] e C (*non* B)  
 66 *l.* exprobrat  
 104 *l.* pucla C (*non* A)  
 134 *l.* siligine C (*non* A)  
 164 *l.* occultim C (*non* π)  
 192 *add.* cōmorant C  
 196 *add.* at C  
 197 *l.* Raguhele (ragueļe B, ra-  
 guele C)  
 211 *add.* arenis A  
 264 *l.* proceris *sic* A, proceres C  
 275 *add.* inlyte A  
 301 *l.* percutit (*sic* A, perculit C)  
 330 *add.* uitæ C  
 332 *l.* diue A (*non* BC)  
 360 *l.* som,o (*ex samo*) C (*non* A)  
 362 *l.* nolo C (*non* A)  
 364 *l.* nostra π (*del.* „C?“)  
 365 *l.* sequutus L (*non* BC)

375—379 *haec male turbata praelis:*  
 375 *l.* praecantur B  
 378 calebus L („tante B“ *del.*)  
 379 conmitante B (*non* commi-  
 cantur)  
 409 *l.* fidentes (*sic* L, uiden-  
 tes C)  
 447 *add.* ignā C  
 448 *add.* temtant A  
 490 *l.* iudæa A iudæa B iudea C  
 534 *deleasuerba* „Canopum Mayor“  
 537 *add.* āquā C  
 549 *l.* cultura moenae B  
 555 *add.* penitus C  
 557 *l.* domini B  
 568 *add.* pavidas C  
 570 *l.* semen *ut uid.* B  
 588 *l.* aut B (*non* ut)  
 591 *add.* responso C  
 605 *add.* et effodicat A  
 638 *add.* uerbera L?  
 646 *add.* horsis B  
 647 *l.* moab,a

664 l. et uatem] ut uatem <i>B</i>	751 l. cepto <i>B</i>
683 <i>add.</i> captet <i>A</i>	755 l. finaesus <i>B</i>
749 l. beatus <i>BC</i> <sup>1</sup> (beatas <i>AC</i> <sup>2</sup> )	

## DEUTERONOMIUM.

29 <i>add.</i> brachia $\omega$	141 <i>add.</i> Læuitis <i>C</i>
93 l. ire tenebunt <i>C</i> , <i>deleas</i> inge <i>ante</i> ire).	172 l. „ante meritis“
106 l. inhibete	198 <i>add.</i> plebis <i>C</i>
116 <i>add.</i> nec <i>C</i>	212 <i>add.</i> molestec <i>C</i>

## IESVS NAVE.

64 <i>add.</i> solus <i>A</i>	301 l. uères <i>C</i>
125 micantem ( <i>coll.</i> <i>N</i> 713)	311 l. amice <i>BC</i> amicis <i>A</i>
130 l. delapsus ( <i>dilapsus</i> <i>L</i> )	329 l. tœla <i>C</i>
152 <i>add.</i> sequuntur <i>C</i>	333 <i>add.</i> militę <i>B</i>
182 l. merentum <i>AC</i>	355 l. tellis <i>B</i>
192 l. serutum <i>BC</i>	362 l. negat <i>B</i> ( <i>non</i> <i>C</i> )
189 l. numen ( <i>nomen</i> $\omega$ )	385 <i>add.</i> ferezeus <i>L</i>
251 <i>add.</i> exosa <i>B</i> ?	393 l. proptereaquas <i>B</i>
256 <i>add.</i> equum <i>C</i>	412 <i>add.</i> faggam <i>L</i>
267 l. simul-Eueusque <i>om.</i> <i>B</i>	475 l. inoffensa
273 <i>add.</i> que <i>om.</i> <i>C</i>	512 <i>add.</i> perpetua <i>B</i>
279 l. discripsit <i>C</i>	547 l. f. 96 <sup>a</sup>
299 l. depreñsos <i>C</i> ( <i>non</i> <i>B</i> )	

## IUDICIVM.

368 l. momenta ( <i>monumenta</i> $\omega$ )	430 l. Sed prius <i>pr</i> alloquio ( <i>sic</i> <i>BC</i> ) paratus <i>del.</i> <i>A</i>
425 <i>turbata</i> haec et sequentia <i>praelis</i> : l. Imperium $\omega$	611 iuuenis ( <i>iuuenes</i> <i>L</i> )

## SODOMA.

81 *conscindere* *M. Haupt Herm. V 316 Opusc. III 539*

## HILARII GENESIS.

30 *f.* promsti *uel* prompsti | 187 l. castorum (*sic libri*)

## HILARII DE MART. MACCAB.

277 *del.* uerba: heu *h.* l. di-  
*syllabon.*<sup>a</sup> | 344 *an* sic q. tamen p.?

## HILARII DE EVANGELIO.

35 *lineola post, non ante* potenter *ponenda.*

p. 54 *ante u.* 1436 *reponas capitis numerum* 46

## MAYORIANA

Emendationes quas proposuit Iohn E. B. Mayor professor Cantabrigiensis in libro inscripto *The latin Heptateuch*, Londini et Cantabrigiae edito a. 1889.\*)

### GENESIS.

- |  |   |
|--|---|
| 27 nostri f. in oris Vultus adsi-                  | 607 tosto c. torquere                                 |
| mitem <i>cf. C</i>                                 | 613 gerat   |
| 33 metitus . . curas. Illicet                      | 655 sequente  |
| 85 mollitus <i>cf. 79</i> mellitos uictus          | 686 *non tamen  |
| 89 ergo nudatum . . . Quaeque                      | 710 promere] ponere                                   |
| <i>ante</i> 98 <i>excidisse suspicatur uersum</i>  | 744 uacantem  |
| <i>ut</i> uultu confuso trepidans                  | 981 monumenta] fomenta                                |
| respondit Adamus)                                  | 989 esse socer multis quae merces                     |
| 147 gelidu] rigida <i>uel</i> rabida               | creuerat ( <i>uel</i> cesserat) annis                 |
| 240 longam] lentam ( <i>Ouid. her.</i>             | 990 alitas  |
| 3, 22. 16, 249)                                    | 1075 maius] grauius <i>uel</i> mage iam               |
| 241 dolens   | 1084 nullos] uanos                                    |
| 260 gestans] gyrans <i>cf. C</i>                   | 1089 perfudit   |
| 340 multis] mutis ( <i>cf. Leuit. 110</i> )        | <i>post</i> 1092 <i>excidisse putat uersum</i>        |
| 342 faxint   | ( <i>ut</i> quam coniunx lugens titulo                |
| 423 suscitatur] excitatur <i>ex Vergilio</i>       | decoraturque sepulcro). <i>deinde</i>                 |
| 435 turba z. noxanne                               | <i>sic ordinat uersus</i> 1098—1101)                  |
| 450 illuc ( <i>sed uid. Roensch p. 409</i> )       | 1093, 1094, 1097                                      |
| 464 utrimque ( <i>sed uid. Exod. 1004</i> )        | 1120 sq. quos g. progeniuit] ex g.                    |
| 466 tanto e genitore                               | quos genuit   |
| <i>post</i> 463 <i>uersum excidisse putat</i>      | 1169 <i>inter</i> 1166 <i>et</i> 1167 <i>ponendum</i> |
| (accipit hanc longum domino                        | <i>censet</i> (Iudas-Discindit-Celatur-               |
| donante per aeuum)                                 | Perspiciens-)   |
| 468* dicet   | 1171 <i>ante</i> 1170 <i>cum Aueualo sic:</i>         |
| 482 inhians] gaudens                               | Adflictus l. g. circumdat amic-                       |
| <i>post</i> 496 <i>excidisse uersum suspicatur</i> | tus Nigrantes cilicum sibi, tum                       |
| <i>qualis est tum Sodomae rector</i>               | perquirat amissum.                                    |
| uatem submissus adorat)                            | 1221 1227 fundos] truncos                             |
| 582 placitas                                       | 1239 loquendo] locutus                                |
| 594 credes] ridens                                 | 1240 diro   |
| 602 <i>ante</i> 601 <i>sic:</i> utque pedes g.     | 1278 tonante] tenore                                  |
| f. p. u.   | 1298 exegit uates                                     |
| 603 dignetur] contingere                           | 1331 trina] triduo                                    |

\*) Inter plagulas corrigendas paucas tantum uiri doctissimi et honestissimi emendationes easque certissimas inferre in textum aut saltem subscribere licebat. hoc igitur loco quae restant recensebo, omisiss plurimis. quas non nisi prosodiacarum rationum gratia ille excogitauit, stellula \* praefixa ubi cum eis quae ipse inueni consentiunt.

1367 consertus] conpertus	et tota cum prole nouas sibi
1398 apponere	quaerere sedes
1410 quaesitumque poclum <i>uel</i> quae-	1459 *quo
situm et poclum	1490 in nocuos
<i>post</i> 1420 <i>uersiculum supplet:</i>	1493 uenturis

## EXODVS.

6 *dilecta ( <i>sic etiam Becker</i> )	698 <i>excidisse quaedam ratus sic</i>
7 *numerosa	<i>legit: urgentisque ducem turbae</i>
15 capessat	numeroque carentis Excitat ergo
29 *feriata	arashospes magnumque precatus
31 *uouet	736 *monte
79 praesente] pressante	737 agetue
97 Madiam	755 duroque labore
141 se rex ( <i>sic etiam Becker</i> )	764 grandia] gaudia
144 toto quoque lumine	773 acerbus] agendus
161 coepto referare <i>uel</i> retrahare	797 *locetur
168 super aethram	806 *ipsam
172 *hoc fare	807 iustam
176 dicetis	808 promissa sibi et quis m.
180 *pestem	810 fit nota
197 at olli	819 grassatur
203 quid c. s. uelint	820 requirit
213 *sibi <i>add.</i>	848 expiet
219 seque	849 sedentur
244 *ue deo	862 dudum—excors] uitulum domi-
281 olido s. aceruo	nus non uinxerit excors
283 *simul <i>add.</i>	906 *qui dempsit
288 *haut	916 *enormi
336 haec tum deinde ( <i>cf.</i> 418)	964 cura] causa
350 *censum	972 perpetuo
355 *a solio	990 p. noctem et
389 festinos	1047 *docilis
390 *nec quicquam	1053 *Hurum
418 P. tum deinde ( <i>cf.</i> 336)	1098 *prima
467 prouentus dicta secutus	— topazae
477 *uirgam	1100 uiret
483 pauefactis aequore	1157 despuit
533 *suis parauit	1162 suae] fore
555 *fontem	1200 a tergo
560 sedet	1238 *felicia
580 *quaeue	1271 quolibet
614 suco	1316 *iulgenti a lumine
670 male ductri quamo concipit ira	1318 fulsisse] nituisse.
680 *duci <i>add.</i>	

## LEVITICUS.

22 incerto	110 mutorum
45 concepta . . puella ( <i>abl.</i> )	124 *in Venerem
— *laxarit	185 membris] punctis <i>uel.</i> inrens
51 quoque et eff.	210 (officia hic) haud d. e. qui
55 quia] quae	sancta c.

217 \*sub iura  
218 sin  
238 reddet

281 \*confundet  
285 \*promet  
309 \*indunt

## NVMERI.

8 grandius aeuum  
22 aucta  
23 \*sed milibus  
27 se] sed  
29 \*at qua  
57 \*illam  
86 \*obita  
129 \*quingenta  
132 fuluo] puro  
138 leuet  
139 iuuent  
143 a munere  
155 manu  
158 domino  
161 \*et acuti  
173 detractet  
181 sinum: *coll. corp. gloss. II*  
261, 47 γαῶλος πομενκὸν  
ἀγγεῖον, hoc si[g]num  
189 \*quae  
190 \*post quas uasa

211 \*dimissam mediis  
212 \*mouit  
277 ira  
278 \*abolere  
299 \*ediderat  
395 per quam praeditibus  
495 tosta  
550 \*et opimo  
568 dixerunt  
573 furebat *uel* fremebat  
676 \*Iazera  
578 \*uel tradidit *uel* dedit  
597 emissus  
615 \*uector  
646 \*euoluens  
653 hoc igitur  
656 genti  
668 \*demitte  
672 subnixum  
675 repellet  
714 facesset

## DEVTERONOMIVS.

24 ille etiam  
27 rubranti a litore  
70 \*aeratas educunt  
149 iram . . ponit  
173 factis

214 \*qui caelum  
242 \*ferent  
263 ius mihi est ferire  
286 \*fracta

## IESV NAVE.

12 conferta in proelia  
26 percepto in rure  
34 mediae  
107 tepore] uapore  
139 \*atque  
140 uidit  
153 turesue  
188 *sq. sic ordinauit*: 188, 191,  
192. (seruitio) 189, 190.  
208 dixit] luxit  
210 sepelita  
211 quae cito] quaesita  
216 adiuuit] adulatur  
261 dirempta] erepta  
281 quam] quae

282 alma] alta  
327 ualidasue  
335 Apaphum] Gabaon  
340 \*conferta  
343 *et* 344 *post* 356 *transposuit*  
393 \*Maronis *cf. Pitra*  
436 Enachim  
439 adlega] adsigna  
493 \*Fagorus  
501 patens  
525 \*tardentur  
545 \*deo  
547 \*deuicta  
551 \*noceant neuana

## IVDICVM.

27	*quoque . . . casu	516	*expon]at
32	Cenezae	517	legib]us
67	*natas	—	paribus] grauib]us
68	nec Iebllaam	519	neu] ne
73	quem Idfa (= Xsβδá)	520	*ulla]
86	Idume	524	poscunt]
110	*lectae	525	scitari]
121	nec] haud	537	fuit] agitat
130	*respondet	544	*optatori
169	*sub ueste recinctus	572	*uenere
187	*Aotus	581	septenae (septena <i>Peiper</i> )
<i>post</i>	195 <i>sequi iussit uu. 721 sq.</i>	595	*colloc]at
	( <i>Semada ex uoce Semegras =</i>	597	dat laeso si] forte uelit
	<i>Samgar corruptum ratus</i>	599	scrutatus]que
210	metibile] in limite	602	ad caudas] caudis binas ex o.
215	*profetin		( <i>que del.</i> )
219	*delectas	603	nectit] perque
223	motat	605	sil]uis
228	*casuram	610	*tam]
239	*parenti	613	fit cum]ulus
284	*tendens	623	t]ollitur
332	medii	627	ministrat
339	ollas] *tela tubas	650	stridente *a cardine
341	*solu]entes <i>uel</i> pro]mentes	652	atque] fitque
342	carp]ere	654	*adiere
364	*Soccotum	681	*reicit
379	uictum	682	toties
380	nocentum	684	discere quae]siuit *qua sit felici-
389	*proderet		cior arte
394	*dare te	685	rursus con]fictos
397	Iairus	688	<i>sq.</i> omnis uis] in crine m. e.
415	*moderariet		n. lamna c.
421	mox ab]it	689	ulla meos] mucrone secat
422	institt]uit	694	eradit]que
—	*rpto	706	*coiere
428	at iunen]is]	710	longi
456	que] ne	719	*cuncta
—	sed parua	723	praegrande
475	Zabulonius	727	*teraphim
478	*mascula	741	*iussos
483	iamque	752	*dedita cessit
489	titulo	754	*auolat
494	<i>et</i> 495 <i>inter</i> 491 <i>et</i> 492 <i>conlocat</i>	755	*reuocare
501	haec uxor] confessa uiro est	758	*blanqueque
506	si uates] fuerit		



# Conspectus notarum.

## Cypriani Heptateuchos:

*A* Laudunensis I (n. 279)

*B* Laudunensis II. (n. 273)

*C* Cantabrigiensis

*G* Corbeiensis s. Germanensis (in Genesi)

*R* S. Victorianus (in Genesi 1—174)

*L* consensus librorum *AB*

$\omega$  consensus librorum *ABC* uel *ACG* (in Genesi)

*m* Morelii exemplar in Genesi 1—165

$\pi$  Pitrae emendationes  $\pi^1$  in Specilegio, Solesmensi,  $\pi^2$  in Analectis exhibitae

*p* R. Peiperi emendationes

$p\pi$  posui, ubi Pitrae emendationes in Analectis propositae cum eis, quas ipse dudum inueneram, consentire uidi.

## de Sodoma et Iona:

*L R m* ut supra

*P* Parisinus 2772

*V* Leidensis Voss. lat. Q 86

*p*,  $p^1$  Pithoeanus Iureti (editoris nomen plene scriptum est)

*T* Vindobonensis 16

## ad senatorem:

*R* Vaticanus Reginae 116

*P* ut supra

*F* Parisinus 2832

$\omega$  *RPF* consentientes

$\upsilon$  uulgata lectio

## Hilarii Genesis:

*A B m p* idem quod in Heptateucho

*b* Basiliense exemplar a. 1570

*f* G. Fabricii exemplar.

## Hilarii de Maccabaeis:

*P* Parisinus 2772 ut supra

*B* Parisinus 8093

*L* Leidensis Voss. O 15

*f* Floriacensis liber Iohannis de Bosco

*C* Corbeiensis nunc Petropolitanus

$\omega$  consensus librorum

*p* R. Peiperi.

## Hilarii de Euangelio:

*G* Sangallensis 48

*r* Rettigii

$\pi$  Pitrae

*p* R. Peiperi

} lectiones

}

Quantum praesidii ab aliis mihi praesto fuerit, cum ex prioribus appareat, tum praecipua laude efferendi sunt Guilelmus de Hartel, qui huius quoque poetae edendi patrocinium suscepit, M. Manitius, qui similia locorum ex auctoribus a se conquisitorum mihi copiam fecit, G. Brandes, qui Maccabaeorum carmen quod ipse susceperat mihi concessit edendum cum toto apparatu in corrigendis plagulis ut C. Beckeri et Iohannis Mayor ita Alberti Winter collegae carissimi sollertia me comiter adiuuit. quibus omnibus officii sui sinceraeque benevolentiae gratias ago debeoque plurimas.

---



## LIBER GENESEOS.

- 1 1 Principio dominus caelum terramque locauit:  
 2 namque erat informis fluctuque abscondita tellus  
     immensusque deus super aequora uasta meabat,  
     dum chaos et nigrae fuscabant cuncta tenebrae;  
 5 4 has dum disiungi iussit, a cardine fatur:  
 3 „Lux fiat!“ et clare nituerunt omnia mundo.  
 5 cum dominus primi compleret facta diei,  
 7 condidit albentem nebulis nascentibus axem.  
     accipit immensus errantia litora pontus,  
 10 multiplices rapiens ualidis cum tractibus amnes.  
 9 tertia lux faciem terrarum fulua retexit.  
 10 arida mox posito narratur nomine terra.  
 11 florea uentosis consurgunt germina campis  
     pomiferique simul procuruant brachia rami.  
 15 14 quarta die generat solis cum lampade lunam,  
 17 et stellas tremulo radiantes lumine figit.  
 18 haec elementa dedit subiecto insignia mundo,  
     tempora quae doceant uarios mutanda per ortus.

INCIPIIT LIBER GENESEOS | METRICUS CIPRIANI A INCIPIIT 1—324 AC6  
 LIBER GENE | SIS FELICITER C S. Cyprian . . . . | Genesis *rec. m. G*  
*(in tabula fol. 1b: liber Iuueni man. antiq., historia Genesis m. rec. G)*  
 Cypriani Genesis *m* (= *Morelius*)

1 locauit] creauit *m* 2 iamque *Riuinus* 3 immensus] *AC* 4 tum *Mayor*  
 5 has] ast *C* a] de *m* Has dum sidereo disiungit // (a *eras.*) cardine  
 fatur *G* 6 et *del. Iuuius ap. Riuinum* clare et *m* clare] laeto *G* claro  
*Fabricius* 7 cumque deus *G* primo *G* 8 nascentibus axem nebulis  
*(pr. corr.) G* 9 ante *u.* 8 *positus A* immensus] *AC* uerrentia *m*  
 13 flârea (*m<sup>2</sup> corr.*) *G* 14 brachia *G* 15 dies *m* lunana *G* 16 figit *p*  
*(posuit Vulg.)* fingit *AC* pingit *G* 18 doctant (*m<sup>2</sup> corr.*) *G* ortôs  
*(al. c.) A*

- 21 quinta die accipiunt liquentia flumina pisces  
 20 et uolucres uarias suspendunt aere pinnas.  
 25 sexta pater gelidos in spiras lubricat angues  
 quadrupedumque greges totos diffundit in agros  
 cunctaque multiplici mandauit crescere passim  
 germine et immensis errare et pascere terris.  
 25 26 Haec ubi constituit diuina potentia iussu,  
 rectorem inspiciens mundanis defore rebus,  
 haec memorat: „Hominem nostris faciamus in unguem  
 uultibus adsimilem. toto qui regnet in orbe.“  
 et licet hunc solo posset componere uerbo,  
 30 ipse tamen sancta dignatus ducere dextra  
 2 7 inspirat brutum diuino a pectore pectus.  
 21 quem postquam effigie formatum ceu sua uidit,  
 metitur solum mordaces uoluere curas.  
 illicet inrigo perfundit lumina somno,  
 35 mollius ut uulsa formetur femina costa  
 atque artus mixta geminos substantia firmet,  
 23 inditur et nomen, uitae quod dicitur, Aeua.  
 24 (8<sup>20</sup>) quapropter nati linquunt de more parentes  
 coniugibusque suis positis cum sedibus haerent.  
 40 2 2 septima luce deus factorum fine quieuit,  
 sacratam statuens uenturi ad gaudia saeculi.  
 19 illicet exhibitis animantum ex ordine turbis,

19 quinta die] at quinta (die *om.*) *m* liquentia *C* 20 uarias s. corpore pennas *ACm* (pinnas *A*) uaria s. corpora pinna (penna *m*<sup>2</sup> *corr.*) *G* (cf. u. 290) uariae s. aere pennae *Gronouius* (aere cum *Cauchio*)  
 21 sexta praegelidos *m* in spiras *m* in spira *A* inspirat *CG* lubricat *Am* lubricas *CG* 22 quadrup. *A* quadrip. *C* quatrip. *G* defundit *A* 24 immensis] *AC* 26 diffore *C* 27 memoras *G* nostris hominem *m* in unguem] in oris *C* ad unguem *Fabricius* 28 assimilem *G*<sup>2</sup> 29 hunc] uno *AC* hunc uno solo *m* componere] complere *A* 33 metitur] non patitur *Baluz.* solum *bis scriptum G*<sup>1</sup> (*eras. G*<sup>2</sup>)  
 34 illic et *C* irriguo *G*<sup>2</sup> sompno *C* 36 mixtu *m* gemino (*A*?) *m* 37 aeua *AC* eua (u *post e expunctit m*<sup>2</sup>) *G* 38 quapopter *G*<sup>1</sup> linquant *C* mor/e (t *eras.*) *A* 40 luce] quando *m* 41 sacratam *G* sacratas *A* sacrata *Cm* ad *om. m* 42 illic et *C* /exhibitibus *G*

- 20 uiritim cunctis nomen, quod permanet, indit  
 Adamus, donata sibi prudentia sollers.
- 45 quem deus adloquio, iunctam dignatur et Aeuuam:
- 1 28 „Crescite multimodo uentura in tempora partu,  
 ut polus et plenae uestro sint germine terrae,  
 heredesque mei uarios decerpite fructus,  
 quos nemora et pingui reddunt de caespite campi.“
- 50 2 8 Haec ubi disseruit, laeta paradisi in aula  
 instruitur primique adspectat lumina solis.  
 9 gignitur haec inter pomis letalibus arbor  
 coniunctum generans uitae mortisque saporem.  
 10 aedibus in mediis puro fluit agmine flumen,  
 55 quod rigat insignes liquidis de fluctibus hortos  
 11 quadrifidosque secat undanti ex fonte meatus.  
 Phisonus auriferis praediues fluctuat undis  
 12 conspicuasque terit rauco de gurgite gemmas —  
 prasinus huic nomen, illi est carbunculus ardens —
- 60 11 perspicuisque uadis terram praelambit Euilam.  
 13 post hunc Aethiopus Geon adlapsus opimat,  
 14 tertius est Tigris, Euphrati adiunctus amoeno,  
 Assyriam celeri discretim flumine sulcans.  
 15 hic positus custos Adamus cum coniuge fida  
 65 atque opifex tali formatur uoce tonantis:
- 16 „Ne trepidate simul licitos praecerpere fructus,  
 quos nemus intonsum ramo frondente creauit,  
 17 solliciti, ne forte malum noxale legatis,

43 uiritim] uirtutem *Riuinus* 44 Adami a domino donata pr. s. m  
 solers *C* sibilers: *litt* bi *in ras.* m<sup>2</sup> *G* 45 alloquio *C* aeuum *AC*  
 euuam *G* 46 uenturi *C* partu *G* 47 germinę *C* 49 caespite *AC* 52  
 laet. *C* loet. *A* arbor *C* 54 sedibus *Mayor* 55 quod] quo *Marten.* fluen-  
 tibus *C* hortus *A* ortus *CGm corr.* *Riuinus* (cf. u. 72) 56 quadrifidas *C*  
 undante *A* 57 fisonus *CG* fisonis *A* Phison *m* 58 gurgitę *G* 59 pras-  
 sinus *C* 60 perspicuis *C* perspicuis *G* perspicuus *A* terram: am *ex corr.*  
*pr. m.* *G* aeuilam *C* euilam *A* euillam *G* Euilat *m* 61 hethyopas *C*  
 62 est] et *A* eufrati *ω* 63 assiriam *A* 64 hic] huc *C* Adam *Junius* (ut u.  
 192) 65 adque *CG* 66 dimul *G* pcerpere *C* 67 nemos *G* 68 solli-  
 citi: ti *ex te corr. pr. A* ne fors malum *Barthius coll. u.* 97 legatur *G*

- quod uiret ex gemino discreta ad munia suco.\*
- 70 25 nec minus interea caecos nox alta tenebat,  
ac modo formatos uestis non texerat artus.
- 3 1 Has inter sedes et bacis mitibus hortos  
spumeus astuto uincens animalia sensu  
serpebat tacite spiris frigentibus anguis;
- 75 liuida mordaci uoluens mendacia sensu  
femineo temptat sub pectore mollia corda:  
„Dic mihi, cur metuas felicia germina mali?  
numquid poma deus non omnia nata sacrauit?  
atqui si studeas mellitos carpere uictus,
- 80 aureus astrigero ridebit cardine mundus.“
- 2 illa negat uetitosque timet contingere ramos:  
3 sed tamen infirmo uincuntur pectora sensu.  
4 ilicet ut niueo iam mitia dente momordit,  
adfulsit nulla maculatum nube serenum.
- 85 tum sapor inlecebram mellitis faucibus indens  
perpulit insueto munus deferre marito.  
quod simul ac sumpsit, detera nocte nitentes  
emicuere oculi mundo splendente sereni.
- 7 ergo ubi nudatum prospexit corpus uterque  
90 quae pudenda uident, ficulis frondibus umbrant.
- 8 Forte sub occiduo domini iam lumine solis  
agnoscunt sonitum trepidique ad deuia tendunt.  
9 tum dominus caeli maestum compellat Adamum:  
„Dic, ubi nunc degas?“ respondit talia supplex:
- 95 10 „O domine, adfatus pauido sub corde tremesco,  
magne, tuos, nudusque metu frigente fatigor.“

69 e\* C 70 interea] .ē.ea C 71 non] ne/ al. ex non corr. A  
nec m 72 hortos G hortus A ortus Cm (cf. u. 55) 74 tacite C  
angues A 76 tentat G? 78 nata CG nota A sacrauit G 79 adqui  
CG (adquis G. t. Martenio) equis A e queis m uictos G 80 redibit R  
unde remeabit m mundū C 83 illic& C neuo G lam C 84 at-  
fulsit C 85 in faucibus G 86 compulit m insuetum Cauchius  
87 sumpsit G deter// (ra uel sa eras.) G nitenitentes G 90 quae]  
cumque m quaeque (i. quaecumque) Arcualus 93 compellat] A ad-  
hamum C 95 o doē ex o duē ut uid. C ut fatus C 96 rigente G

- 11 tum dominus: „Quis poma dedit noxalia uobis?“  
 12 „Tradidit haec mulier, dum dicit lumina promptim  
 candenti perfusa die liquidumque serenum  
 100 adfulsisse sibi solemque et sidera caeli.“  
 13 protinus ira dei turbatam territat Aeuuam,  
 auctorem uetiti dum quaerit maximus acti.  
 illa sub haec pandit: „Serpentis suasa loquella  
 105 accepi, fallente dolo blandoque rogatu.  
 nam sua uipereis intexens uerba uenenis  
 14 haec mihi prae cunctis narrauit dulcia pomis.“  
 Illicet omnipotens condemnat gesta draconis  
 praecipiens cunctis inuisum uiuere monstrum,  
 pectore mox fuso prorepere, tum sola morsu  
 110 15 mandere, mansuro quaecumque in tempora bello  
 humanos inter sensus ipsumque labentem,  
 uertice ut abiecto pronus post crura uirorum  
 serperet et calces, dum labens comminus instat.  
 16 femina fraudigeris misere decepta suadellis  
 115 praecipitur duro discrimine ponere partum  
 seruitiumque sui studio perferre mariti.  
 17 „Tu uero, cui uisa fuit sententia uerax  
 coniugis, inmiti cessit quae uicta draconi,  
 deflebis miserum per tempora longa laborem.  
 120 18 nam tibi triticeae surget pro germine messis  
 carduus et spinis multum paliurus acutis,  
 19 ut cum uisceribus lassis et pectore maesto  
 plurima sollicitos praestent suspiria uictus,  
 donec in occiduo uenientis tempore mortis,  
 125 unde geris corpus, terrae reddare iacenti.“

98 promptim *G* 99 cadenti *G* 101 protenus *G* aeuum *C* euam *L*  
 euam *G* 103 serpentis *om.* *A* loq.ia *C* loquellis *G* loquentis *A* 104 efal-  
 lente *A* falente *G* 107 illicet *C* condemnat *C* draconis *G* 108 uisere *m*  
 109 pro//repere (*duabus litteris erasis*) *G* 110 mandare *G* pandere *m*  
 tempore *C* 111 labantem *m* 113 et| ut *A* calcet *m* calcent *Oehler*  
 114 suadelis *C* loquelis *m* 118 inmiti| *AC* quae| *q.* *GC* 121 pinis *G*  
 123 plurima: a *ex* i *pr. corr.* *G* sollicitus praestet *Ruinus*



- 23 His actis dominus trepidis dat taedia uitae  
 deiectosque procul sacratis dimouet hortis  
 24 obuersosque locat medioque eliminat igni,  
 in quo perceleri Cherubin euoluitur aestu,  
 130 dum calidus deferuet apex flammisque uolutat.  
 21 quis dominus, pigro ne frigore membra rigerent,  
 consuit euulsas pecudum de uiscere pelles,  
 operiens nudos calidis de uestibus artus.  
 4 1 Ergo ubi coniugio sese iam fidus Adamus  
 135 (3 20) esse uirum sensit, nomen genetricis amatae  
 2 exhibet uxori: binos e germine fetus  
 continuo genitor diuersis nuncupat orsis:  
 Cainis hic nomen habet, cui iunctus Abelus  
 innocuas multa seruabat cura bidentes:  
 140 ast alius curuo terram uertebat aratro.  
 4 hi cum perpetuo ferrent sua dona tonanti,  
 dissimiles fructus sensu suadente dedere.  
 nam prior uberibus fuerant quae prosata glaebis,  
 obtulit, ast alius miti se deuouet agno,  
 145 exta gerens sincera manu adipemque niuaem,  
 confestimque placet domino pia uota tuenti.  
 5 quod propter gelida Cain incanduit ira.  
 6 quem deus adloquio dignatus talibus infit:  
 7 „Dic mihi, si rectum uiuas et noxia cernas,  
 150 degere non possis contracto a crimine purus?

127 disiectos *nescio quis* di///uet *duabus litteris*, mo *ut uid.*, *erasis* G  
 128 obuersus G aeliminat C 129 aeoluitur C euolabitur G 130 ca-  
 lidis A 131 frigerent A 132 pecodum A 133 opperens A 134 fidōs G  
 135 genetricis GC 136 bino seu germine A binos eugermine C binos  
 e germine G bino qui m foetus *Martenius* factus ω 138 Cainis  
 hic G Cainis huic C Cainus cui A atque Cain hic m 139 multa]  
 huius m 141 hii C 143 ueribus G quae] q. CG glaebis G  
 glebis AC 144 optulit G deuouit C 145 manu sincera gerens m  
 146 domino om. C 147 gelida] rapida *aut* grauida *Iunius* calida  
*Riuinus* incanduit] *litt.* canduit *al. m. in ras.* A 148 deus] dñs C  
 adloquio C 150 non AC num G contracta a er. C

- desine mordaci fratrem disperdere sensu,  
 qui tibi ceu domino subiectus colla praebebit,  
 8 nec tamen his fractus fratrem deducit ad arua  
 atque, ubi deprensus deserto in gramine uidit,  
 155 elidit geminis frendens pia guttura palmis,  
 9 quod factum dominus caelo speculatus ab alto  
 disquirit, quonam terrarum degat Abelus?  
 ille negat positum custodem se fore fratris,  
 10 cui deus effatur: „Nonne uox sanguinis eius  
 160 ad me missa sonat celsumque ascendit ac uoxem?  
 11 nosce igitur mansura tibi pro crimine tante;  
 nam modo quae maduit germani sanguine terra,  
 12 inuiso maledicta tibi commissa negabit  
 semina et absumptis fructum non proferat herba,  
 165 torpidus ut multo collidens membra tremore  
 funere ceu iuncto semper suspiria ducas,  
 14 territus ille gemit mortemque a numine poscit;  
 15 quae tamen infenso non est concessa tonante;  
 nam mala promeritus signo sit notus iniusto,  
 170 sternere ne ferro liceat cuiicumque nocentem,  
 ne maius septena parent discrimina funus,  
 16 ilicet a facie domini ceu perditus exit,  
 aedibus obuersis Naidae in caespite terras,  
 17 nec minus ex natis, genetrix quos fida creauit,  
 175 nomine primaevi sublimem condidit urbem.  
 18 Enochus Gaidada creat, hic deinde Malelum  
 quo Mathusalamus sensim genitore sub auras  
 exiit et longae produxit tempora uitae.

151 mortali *Martenius* desperdere *G* 152 praebebit *in arua*, *G* praebebit *AC* daturus *m* 154 ubi *C* ubi *AG* deserto *Martenius* 155 frendens] fraudens *A* frandans *m* frangens *Pamelius* 156 effatur *G* uocatur] numnam *Fabricius* 163 commissa, *A* 164 uoxem et *ill.* ac *uox corr. G* absumptis *G* adsumptis *m* arua *C* 165 collidens *Muanda* collidens] *AG* collidens *C* et *m.* collidit *Lucius* 171 inuiso *G* 172 septena *C* septina *AG* 172 ilicet *Lucius* *C* 173 natis *C* caespite *AG* 176 naida *AG* naida *C* Gaidada *p.* ase *p.* ac *m* Mathusalamus *AG* Mathusalem *C* Malelum *p.* 177 Mathusalamus *AG* genitore *G* 177 longa *G*

- 23 ast Lamech, dirum qui perculit ense Cainem,  
 180 perpetitur caeso multum grauiora nocente;  
 24 crimina nam meritum decies septena cohercent.  
 23 coniugibus hic facta gemens sese increpat ultro,  
 quam prima fuit Ada atque altera Sella.  
 20 Iabelum sed prima creat, qui pastor in aruis  
 185 gramineis laeta pecudes pascebat in herba.  
 21 Iobalus quem deinde subit, qui musica plectra  
 repperit et uario concordēs murrure chordas.  
 22 Tobelum mox Sella parit, cui fundere riuos  
 aeris erat moris ferrumque incude subactum  
 190 diuersis formare modis stridente camino:  
 quem Noemma sequens uno genitore creata est.  
 25 Haec inter uegetis Adam non languidus annis,  
 Sethum progenerat post mortem mitis Abelis.  
 26 Enochum is deinde creat, cui candida corda  
 195 largitus dominus, hoc se poscente rogari  
 adnuit et placidae suscepit munera mentis.  
 5 5 nongentos igitur postquam conplerat Adamus  
 ter denosque annos, sopitus morte quieuit.  
 11 longaeuusque dehinc nongentos quinque per annos  
 200 Enochus uixit, quem Cainanus adaequans  
 14 quinque fuit tantum potentis longior annis.  
 17 iunior hoc iterum ter quinīs decubat annis  
 Malaleela senex; ter denis deinde Iaretus  
 20 atque tribus uixit longo constrictior aeuo.

179 Lamech *p* Amalech *CA* amalec *G* pēculit *AC* percutit *Marten*.  
 180 caeso] cesso *C* caeso (*al. ss.*) *A* notante *A* 181 septina *G* coercent *G*  
 183 adque *C* 184 Iabelum *p* Aelum  $\omega$  185 herbas *A* 187 uario|  
 neruo *A* cordas *C* 188 tobellum *G* 191 genitore *G* creata  
 est] creatae *G* 193 sedum *A* *f.* Abeli 196 annuit *C* suscipit *C*  
 197 cō (*uel* conplerat *CG* conpleret *A* 199 longaeuus *A* longeus *C*  
 dehunc *G* .v. *C* 200 cainnanus *A* 201 potentis *C* 202 iōnior *G*  
 ter denis *Marten*. decubat *G* deputat *C* deducat *A* 203 malaleela *AG*  
 maleleela *C* se// <sup>nex</sup> *al. c.* *A* iarelus *C* 204 adque (*d ex t pr. c*) *G*  
 onstructor *A*

- 205 23 Enochus, cui cura fuit seruire potenti  
et mentem sociare deo, sat iunior istis.  
ter centum explicitis si quinque adiungere cures  
sexies et denos, subita caligine tectus
- 24 abditur et domino multum miserante remotus  
210 felicem placido uiuit cum tempore uitam.
- 27 at Mathusalamus nongentos porrigit orbes  
septies et denos, unum quis iungere ius est.
- 25 Lamechus, hoc patre satus. Noele creato  
29 talia disseruit. dum uatum more futura  
215 praeuidet et sensus uenturum mittit in aeuum:  
„Hic secura dabit nobis commercia uitae  
et durum remouebit onus pacemque reducet,  
quae factis est pulsa malis nostroque reatu  
tristibus et dextris, quarum sulcata labore  
220 terra negat fructum, domino maledicta loquente.“
- 31 septies hic centum uixit septemque per annos,  
septuaginta super positis. ut summula poscit.  
hoc generante probis Noelus nobilis actis  
editur, innocuo daturus semina saeclo.
- 225 (6 10) tresque creat natos, Sethum Chamumque Iaphetumque.  
in numerum solitos mollitum tundere ferrum  
et scintillantes promptim procudere massas.
- (7 6) sexies hic uates centum iam uixerat annis.  
6 5-7 cum dominus, diri pertaesus crimina mundi  
230 multimodosque hominum longa sub luce reatus,  
constringit miserans prolixae incommoda uitae,

205 cura: *c in ras. al. A* 206 saiunior *G* sed *i. Marten.* 207 .v. *C*  
211 matusalamus *AG* 212 unū *ex unus pr. c. G* quis] *an si ? (demere*  
*pro iungere Arealus, stringere Mayor)* ius] *fas A* 213 lamachus *A*  
hac *C* 214 talia: *i ex e G* disseruit *G* 216 commercia] *A* 220 lo-  
uente] *dicente A* 221 centum] *.c. C* 222 septugenta *G* 223 probis  
Noelus] *pro nobis noelius G* 224 iacturus *Mayor* 225 cantūq. *laf&hq. C*  
iafetumque *AG* 226 in numerum *Arealus* innumerum *ω* tundere *G*  
tondere *AC* 227 promptim *G* 228 uatis *ω* 229 pertaessus *A* 230 raetus *G*

- 3 inposuitque modum bis sexaginta per annos,  
uincere quem nullus posita sub lege ualeret.
- 2 Haec inter sanctos lactat terrena uoluptas
- 235 4 captiuosque tenet caelesti ex arce meantes:  
dum facies pulchro ridentes corpore cernunt  
femineas placitisque nimis complexibus haerent,  
progenere sibi torua cum mole gigantes:
- 6 quorum criminibus domini patientia tandem
- 240 cogitur offendi; longam dum concipit iram  
atque dolet hominem dextra formante creatum  
siderea, sancto permotus pectore fatur:
- 7 „Ius delere mihi mundi peccata nocentis  
fluctibus aequoreis totamque inuoluere terram
- 245 humanumque genus uastis mersare fluentis  
omnigenasque simul pecudes, quae laeta per agros  
gramina detondent, celsis dum collibus errant.  
serpentes nex una premat uolucresque ferasque,  
ut mea deletis mitescat fraudibus ira.“
- 250 14 accipit ergo dei mandata ingentia Noe.  
duplicibus cameris arcam conpangere iussus,  
quae teneat uolucrum mansura ad germina nidos.  
ac, ne fissilibus dissulent robora rimis,  
unguine praepingui linuit bituminis arcam.
- 255 15 ipsa fuit plenas ter centum longa per ulnas,  
quinquaginta patens transuersam lata per aluum.  
at qua sublimi surgunt fastigia tecto,  
edita ter denis in caelum tollitur ulnis,
- 14 assere quadrato, nullis cessura fluentis,
- 260 16 ad medium gestans facili cum cardine postes.
- 7 1 haec perfecta deus postquam despexit ab astris,

232 inposuit] *AC* sexaginta *G* 234 scos *C* 237 animis *A* complexibus] *G* 238 turua  $\omega$  gigantes *G* 241 adque *G* 242 sancta *A*  
246 q. *C* 247 detondent *A* detudent *C* 248 serpente *G*  
praemat *G* premat *C* 250 mandata dei *C* 251 conpangere]  $\omega$  253 fissi-  
libus *C* robur arenis *C* 254 liniuit bitumine *A* 257 at qua *G*  
atque *AC* 259 censura *G* 260 gestans *G* giptans *A* girptans *C*

- talibus adfatur mittendum in aequora uatem :
- (6 18) „Scande citus. natiq̄ tui nataeq̄. fluentem  
 fluctibus in tumidis cumbam, quia pectora uidi  
 265 iusta tibi dudumque mihi tua nota uoluntas  
 emeruit maiora praesentibus; atque coactas  
 2 claude simul pecudes omni de germine mites  
 septenis paribus; inmundo de grege bina  
 (6 21) esse sines tecum, escamque his omnibus infers  
 270 atque tibi suetam, ne, cum per uasta fluenta  
 cultio destiterit, pariter patiare molestam  
 prouisis non ante cibus per glauca uehendus  
 4 salsa famem; nam clara polo cum lumina solis  
 septima prodierint, totos diffundere nimbos  
 275 cardine ab aethereo cunctosque euoluere fontes  
 adlapsu maiore paro, quo grandior undis  
 aestuet oceanus spumosos largius amnes  
 accipiens fusoque oblimans omnia tractu.  
 namque quater denis iuncta cum nocte diebus  
 280 grandine perpetua nubes complebo madentes,  
 ut, quidquid uiuit, tumidis mergatur in undis.  
 5 haec ubi dicta, fiunt domini mandata uolente  
 festinoque sene, longo qui nobilis aeuo,  
 6 sescentos agitans annos, se credidit undis  
 285 7 coniunctosque simul natos natasque recepit,  
 confisus tenui quamuis foret abditus antro.  
 11 interea totos laxarunt nubila nimbos,

262 affatur *C* aequore uatum *C* 263 natq̄; tui *G* 264 cymbam *AP*  
 266 presentibus *A* 267 ex omni de *g.* *A* mites | mundo *Arcualus*  
 268 inmundo |  $\omega$  271 desteterit *C* molesta  $\omega$  *corr. Mayor* 272 uehen-  
 dis: i eras. u supra adser. antiq. m. *G* uehendus *C* deest uox *A*  
 u. 273 om. sed marg. superiori add. pr. m. *G* lumine *C* 274 pro-  
 dierunt *C* prodierin *G* totos: os ex us ut uid. *G* deffundere *A*  
 275 aethereo *AP* cunctosque *G* cunctos (que om.) *AC* 276 adlapsu *C*  
 adlapsu *G* undis om. *A* (al. add.) 277 aestuat *C* spumosis  $\omega$  *corr.*  
*Arcualus* apnes *C* anis *A* 278 que | quae *G* 279 nocte *G* 280 per-  
 petuo *AC* 281 quicquid *AC* 284 sexcentos *C* 285 recipit *G* 286 con-  
 fixus *Martenius* 287 nimbos *C*

- atque abyssus riguos dimisit in aequora fontes.  
 12 iamque quater denis stagnantur cuncta diebus.  
 290 21-23 non uolucres leuibus suspendunt corpora pinnis,  
 nec fera celsiugo deuitat marmora colle,  
 omnia conduntur pelago, mors omnibus una est.  
 18 nec minus interea tumidum suspensa per aequor  
 arca fluens clausum munibat pendula uatem  
 295 uenturisque parens seruabat semina saeculis  
 8 2 naufragio securo suo. mox rarior aether  
 nubibus in piceis coepit constringere nimbos.  
 3 iamque relabenti decrescit in aequore pontus  
 ac, postquam modico fluitabat flumine cumba,  
 300 6 emittit senior nigrantem pectora coruum,  
 qui leuibus pinnis uolucris dum flamine fertur,  
 7 non rediit, iusti suspendens uota prophetae.  
 8 post hunc albentem mittit per stagna columbam,  
 9 quae super aequoreum campum defessa uolatu,  
 305 nusquam nacta solum, uati se reddidit almo.  
 10 cumque recurrentis fulgerent septima solis  
 lumina, dimittit pinna plaudente uolucrum,  
 11 quae nemore inuento ramis praepinguis oliuae  
 ora referta tulit, cum iam per sidera uesper  
 310 surgeret ac tremulo noctem praecurreret igni.  
 12 inde iterum septem transcursis rite diebus  
 mittitur in pelagus ales, quae lapsa meatu  
 perceleri numquam sociae se reddidit aulae.  
 13 sescentos igitur iam tum transgressus et unum  
 315 orbis erat uates, primo iam mense secuto  
 atque die mensis primo, cum libera tellus

290 pinnis *G* pennis *AC* 291 diuitat *AG* marmore *A* 293 inte-  
 reat *G* 294 minabat *A* 295 saeculis *G* 296 s<sup>o</sup> *C* rarior aether *C* 297  
 confringere *A* nimbos *C* 298 aequora *A* 299 flumine *AC* flamine *G*  
 300 nigrante *G* pectore *C* 301 pinnis *AG* pennis *C* 302 redit et  
 iusti suspendunt *A* prophetae *G* 305 nacta (*n. eras.*) *G* 307 pinna  
 penna *A* 309 tolit *G* 310 ac | & *A* ignis *A* 311 .vii. *C* 312 pel-  
 lagus *G* q. *C* lapsa *G* 313 reddit *G* 314 sescentus *G* 315 uatis *ω*  
 316 die *C*

- uisa aperire procul montes ac uoluere fumum,  
 (7 20) quos super undarat ter quinas pontus in ulnas:  
 14 decurso iam mense dehinc cum trina secundo  
 320 lumina restarent, toto iam libera fluctu  
 terra fuit propriumque ostendit laeta uirorem.  
 4 ergo ubi nudatis consedit montibus arca.  
 Araratum qui nomen habent sermone uetusto,  
 laxat claustra senex reddens noua semina terrae  
 325 20 extruxitque libens sacraria festa tonanti  
 Exod. 1—54  
 Pitr.  
 atque memor uoti adolet dum altaria flammis,  
 21 hostia digna fuit, mites dum gignit odores,  
 qui dominum coram laetis cum flatibus halant.  
 tum, ne consimili pereat discrimine terra,  
 330 diluuium dominus uentura in tempora tollit,  
 festinos menses et tempora mobilis anni  
 22 inrequieta iubens consuetos uoluere cursus;  
 9 13 sed croceum tantum curuandum in nubibus arcum,  
 14 candida cum sudo praerorant sidera nimbo. 10  
 335 prosequitur uatem domini benedictio mitem,  
 9 1 scilicet ut cunctis, quae tellus et mare gignit,  
 imperitet fidus, cum sint subiecta regenti;  
 admonitus pecudum carnes discernere mensis,  
 4 quae non laxato uitam liquere cruore: 15  
 340 idcirco quoniam multis haec indita mens est.  
 5 „Ast homo si ferro fuerit uel dente ferino  
 perditus, inquiram,“ dixit, „qui talia faxunt;  
 6 similibus dant colla modis fusura cruorem.“  
 19 diuidit hinc dominus placiti mox pignora uatis 20  
 345 fecundasque iubet discretim sumere terras,  
 ut uacuum denso complerent germine mundum.

319 decursu iam mens edehinc *A* secundo *C* secando *A* secceindo *G*  
 320 restaurent *C* 322 nudatis] undatis *G* 323 araracum  $\omega$  *corr.* *p*  
 324 reddens *om.* *G* *uu.* 325—378 *desunt* *G* 325 extruxit *A* 326 ad- 325—378 *AC*  
 que *C* 328 alant *AC* *corr.*  $\pi$  329 consimile *A* terrae *A* 337 im-  
 peret et *A* 338 pecodum carnem *A* 342 dicit *A* faxunt] *AC* 344  
 placidi *A* 346 complerent *A*



- 20 accipit hoc meritum domino donante propheta,  
vitis ut inuentor delibet candida uina.
- 21 quem propere expletum cyathis somnoque grauatum 25
- 350 22 derisit Chamus, de quo Channana iuuentus  
nascitur et proceris dixit de nomine gentem,  
fratribus ostentans nudatum membra parentem.
- 23 qui pariles pietate tegunt uelantque iacentem:  
tergoribus studio iunctis dum lumina uertunt, 30
- 355 24 id pietatis opus postquam iam mente serena  
sopitum gessere senem, nec turpia dictu  
membra uident, tenero flectentes colla pudore.
- 25 cognouit uates. grassatum damnat in aeuum,  
germanis faciens ut sit postremus et acro 35
- 360 29 inde senex functus nongentos transit in annos,  
quinquies et denos, ut legis formula cauit.  
cuius progenies, properat dum ducere muros,  
condidit eximias uastis suspectibus urbes. 40
- 365 10 4 nominibus signant Tharsum Citiumque Rodumque,  
exstantes portis, fluctu quas adluit aequor.
- 15 Channanus hinc nomen habet, hinc Sidona surgit,  
16 inde Iebusaeus, Cethaeo adiunctus Amorrus, 45
- 370 17 Gergessus ueget, Euaeus, Arucus, Asennus,  
18 Samarus, Aradius Orusque, et moenia quisquis  
19 Gaza colit, Gomorra quibus Sodomaque iugantur  
atque Adama et Sebona, quis iunctim Lasa cohaeret.

349 cyathis *C* cratis *A* sompno *C* 350 channana *A* canana *C* iuentus *C* 351 properis *C* dicit *A* 354 studia *C* 358 uatis *AC* grassatum dampnat *C* 359 et acro *A* et acri  $\pi$  aetati *C* 360 fortes] forti *A* 361 in annos] in *om.* *C* 364 uastis] latis *A* 367 abluit *AC* corr. *p* 368 cannanus *C* hic *utrobique* *C* sidonia *A* 369 iebusaeus *A* lebussus *C* cetheo *C* cetheo *A* amorreus *A* 370 gergessus *C* gergeseus *A* eueus *AC* amennus *AC* corr. *p* 371 samarus *A* samarus *C* 372 iugantur *C* 373 adque *C* iuncti malasa *A* cohaeret *C* coeret *A*

	30	quin etiam et Massam faciunt similemque Sopheram	50
375		celsiugum et collem, nimbosas qui leuat arces, qua primum albens prorumpit flamma diei.	
	8	corpore de quorum Nembrodis nascitur, acro	
	9	venatu aduetus et membris grandibus exstans	54
		atque deum gaudens contra se ad tollere sancturam,	325
380		heroum de more ferox, quos ardua ceruix immensumque caput sublimes tollit in auras.	
	10	hic Babylona locat Orichamque Archata et Acallam	
	11	Sinnacheros inter saltus; Assura deinde condit et eximiam tectis Nineua locauit	330
385	12	et Robotham, Calchamque dehinc, Dasemata quarum distinguit saltus medioque in limite surgit.	
	11	Dumque alacres certant et nomina moenibus induunt,	
	1	in campum ueniunt Sennarum nomine dictum,	
	4	molitque cauas ad sidera tollere turres	335
390	3	non calcem faciunt, qua saxa inserta ligantur, sed lateres testa lutei fornace coquantur,	
	4	ut prius immensis fulgerent moenia tectis, quam noua discretas faceret migratio gentes.	
	3	bitumen pro calce fuit, quod uellere molli	340
395		ducitur et lento constringit corpore cautes.	
	1.6	namque penes cunctos sermonis conscia lingua per similes fatus et ciuica uerba locuta est.	

374 et Massam π et sam CA, post sam spatium uacuum trium uel quattuor litterarum A soferam AC 375 leuit A 377 nēbrodis C nebrodis A acro A acri C 379 adque G gaudens deum C attollere G 379-1133  
380 ferox] foret G 381 immensum G capud G tollit p. tollet AG AC G  
tollat C 382 babilona locat AC babylon colocat (co ex cu uel ca) G  
oricham G orycam C origam A et archata (arcata C) acalam (acalla CG) ω  
et transpos. p 383 sinnacherus AC synnacheros G 384 condidit et C  
ninneua C nineueua G nineua A 385 robotam G robtham A robtam C  
calcam C dehinc] dein hinc G 387 nomina] nōa C mēnibus C 388 senarum G  
389 molliti A ad siderato tollere C 391 testa C luteis A  
coquantur G 393 quas G noua cum spatio trium uel quattuor litterarum uacuo A nouas CG faceret] trans A 396 sermones consona G  
397 factus C

- 7 denique descendit dominus et moenia uidit,  
 praeciens uarias raptim prorumpere uoces  
 400 diuersosque sonos. quis gentes quaeque locuntur.  
 8 ilicet impletur positis cultoribus orbis  
 9 diuiduusque locus mox est Confusio dictus.  
 31 Hos sequitur, domino multum qui credidit. Abram.  
 quem genuit prisco de nomine Thara uocatus.  
 405 iungitur et Lothus iuncto de sanguine frater.  
 29 hi cum iam ualidi fierent pubentibus annis,  
 coniugium iunxere sibi: Lod foedere Melchae  
 gaudet, et Abramo ditescit coniuge Sarra,  
 30 quae tamen ad senium duxit sine pignore uitam.  
 410 31 hos Thara sollicite Chaldaeo de grege dempsit,  
 dum Channana placent frondosis collibus arua.  
 12 sed deus, electi qui sensum nosceret Abrae,  
 1 imperat, ut sedes alia regione capessat:  
 „Heia age, festinans patriis te dimoue terris  
 415 cognatasque domus et limina sueta relinque;  
 2 nam procerem immensae faciam te iam fore gentis.  
 3 insuper his addam, ut, te quicumque malignis  
 uulnerat eloquiis, domini maledictus ab ore  
 tristia quaeque ferat; at qui sermone benigno  
 420 commoda denarrat, sit laeto grandior actu.“  
 6 mutantur sedes, Sychemis castra locantur,  
 7 quae dominus uati longum despondit in aeuum.  
 illic deproperans sacratas suscitatur aras:

398 descendit *CG* 399 praecepit *A* 400 diuersusque sonus (sonos *ut uid.*  
*corr. m. pr.*) *G* post quis *spatium uacuum trium litt.* *A* 401 Illicet *AC*  
 403 qui multum *A* 404 tharra *A* 405 lotus *C* 406 hii *C* 407 lodh *A*  
 melche *AC* melchiae *G* 408 abram odescit *G* 409 ducit *A* uita *G*  
 410 caldeo *A* demsit *AG* dēpsit *C* 411 channana *C* chananna *A* cha-  
 nana *G* 414 heia *A* heiet *C* hei *G* demoue *AC* 415 domus ω domos  
*Marten.* lemina *G* relinque] linque *G* 416 procerem *C* immensae] *AC*  
 telam fore *C* 417 malignus *A* 418 eloquis *G*<sup>1</sup> 419 tristitia *C*<sup>1</sup> *CG* at qui]  
 ad qui *G* adq: *C* 420 sit *C* fit *A* poscit *G* laeto *p* laetus et *A*<sup>1</sup>  
 laetos et *G* actu *C* astu *AG* 421 sychimis *C* sychemis *G* sichemis *A*  
 casta locuntur *A* 422 dispondet *C* despondet *Mayor*

	8 conscendens montem, fractas qui respuit undas	370
425	et rubicunda tumens prospectat lumina solis, . . . hic etiam positus fundatur molibus altar	
	9 oraturque deus, sola cum deinde per arua uates agit, qua terra iacet disiuncta colonis;	
	10 quae dum perpetuo uenis sitientibus aret,	375
430	incussit ieiuna famem, cui cura cohaeret. hoc fecunda metu Nilotica rura petuntur.	
	11 et quia conspicuo canderet corpore Sarra,	
	12 mandatur nullo nuptam se dicere uinclo,	
	13 sed fore germanam, ne fors inmanibus ausis	380
435	effrenis turbae zelum noxale marito gigneret atque aemulum tristis riuialis haberet.	
	14 hunc mirata quidem uenientem turba Canopi, omnimodis Sarram cupido de lumine lustrat.	
	15 atque ubi per proceres laudata et tradita regi est,	385
440	16 dulcibus accipitur uotis uerbisque propheta. 17 non tamen inpositum uoluit rex aetheris illi; nam multis magnisque simul terroribus actum proturbat regem, noxalis qui reus ausi	
	18 19 obiurgat procerem, germanam cur magis esse	390
445	dixerit uxorem falsoque inluserit astu. 20 inde iubet laetum nuptam deducere secum, armenti et quidquid patriis adduxerat oris.	
	16 namque deus seruo semper concordia fanti ingentes census et maxima quaeque dicarat.	395
450 13	1.5 accipit et Lodus, quaecumque aduexerat illic, et reduces patrias tandem sistuntur ad oras.	

424 respicit (*sed marg. al. respuit*) *A* 425 sumens *A* *excidit uersus*  
426 huc *C* positus *A* possititis *G* 427 oratus *A* 428 uatis *CG* uastis *A* qua]  
quae *G* iacit *A* 429 sentientibus *G* aret *A* *Areualis* ardet  $\omega$  433 uinclo]  
cunclo *C* 434 germanum *A* inmanibus] *A* 436 adque *C* 437 mirat *C*  
438 sarram *A* sarra *CG* 440 profeta *G* 441 non tã enI posita  
uoluit *C* ille *A* 443 noxialis *G* 445 falsu *G* astu *Martenius*  
actu  $\omega$  446 loetum *C* secum] sarram *A* 447 armenta  $\omega$  *corr. p* quic-  
quid *AC* horis *G* 448 fanti] facti *A* 450 adduxerat *A* 451 horas *CG*

- atque ibi dum gregibus intercurantibus errant,  
 7 pastores pecorum sese certamine pulsant.  
 6 pascua quod fetus artarent parua duorum. 4  
 455 8 sed pater, indomitas cupiens componere rixas,  
 9 optulit, ut frater, quae uellet, sumeret arua.  
 10 ille libens paret, Iordanis litora poscens,  
 qui fluuius dudum, Nili uice dum tumet undis,  
 amne superfuso campos ditabat opimos.  
 460 12 Channanaea senex uenienti iugera sorte  
 accipit et uirides sistit armenta per agros.  
 14 sed non perpetuas licitum componere sedes;  
 namque pater iussus terram lustrare tuendo.  
 flammeus e celsis quam sol utrumque recurrens  
 465 aspicit aut gemini despectant usque triones,  
 15 promissam generi tanto genitore creando,  
 16 cuius qui numerum gestit comprehendere fatu,  
 stellarum citius turbas uel dicet harenae,  
 quas pelagus dubio nonnumquam litore nudat.  
 470 18 tendit et ad quercum prisco de nomine Mambram  
 perpetuoque deo praecelsum dedicat altar.  
 14 nec mora, diuiduos postquam concordia fratres  
 fecerat optatos componere regna per agros,  
 1 consurgunt reges numerosa ex gente quaterni  
 475 et Sodomam multo pugnaces milite uastant,  
 quaternaeque acies bino bis principe fultae  
 3 ualle tenus Salsa ferrum per nubila torquent.

455 componere] *AG* 456 obtulit *A* 457 iordannis *G* littora *C*  
 458 tumit *G* 459 ditat *G* (unde perditat *Martenius*) opimus *C*  
 460 channanaea *C* channanea *AG* finitur *f. 9<sup>a</sup>* (.Q. I), sequuntur in  
 folio 10<sup>r</sup> *uu.* 895 *sqq.* (Inde irae et lacrimae et *q.s.*), sed ante *f. 10*  
*extant reliquiae folii cuiusdam excissi. uu.* 461 *sqq* leguntur in *f 18<sup>a</sup>*  
*(imo in marg. signato .Q. III) manu secunda scripti. G* 462 con-  
 ponere] *A* 463 insus *G* 464 an qua ex *Vergilio?* 466 genitore *G*  
 467 nomerum *G* comprehendere (cō *C*) *AC* comprehendere *G* fatu *AC*  
 factu *G* 468 dicet *p* dicit *ω* arenae *G* *f. harenas* (*cf. 513*) 470 prisco *G*  
 473 Facerat obtatos *G* componere] *A* 474 nomerosa *G* numero sexa-  
 ginta *C* quaterni] terniqua *G* 476 quaeternae *G* 477 salsa *G* falsa *AC*

	8	quinque fugam capiunt linquentes bella tyranni	
	10	praecipitique fuga frondosis montibus abdunt,	425
480		quod potuit superesse neci; qui nomine uero	
	1.9	dicuntur Ariocha, Dachar, Godolla Gomurus	
		atque etiam pulchris inhians Amarphalus armis.	
		haec inter, quae multa fiunt discrimine belli,	
	12	Lod etiam capitur tota cum stirpe domoque. ' .	430
485	13	quod ubi tristifico narravit nuntius ore,	
	14	consurgit uates, seruorum de grege multo	
		ter centum famulos, nouies bis auctius addens,	
		ad bellum dux ipse ciet ferrumque retractat.	
	15	nocte super media nil iam metuentibus instat	435
490		uictoresque fugat multosque interficit hostes.	
	16	quin etiam fratrem tanto discrimine demptum	
		accipit et praedam lato trahit agmine secum.	
	17	excipitur laeta Sodomorum laude procorum	
	18	pontificisque dei, sancto qui nobilis actu, —	440
495		Melchisedechus erat, princeps rectorque Salemae —	441
495 <sup>1</sup>		(et benedixit ei) panem uinumque praesentans	—
	20	et decimos fructus Abrami ex munere sumpsit.	—
	21	is petit, ut captos dignetur reddere uictor,	442
		cetera pro meritis belli sub lege laturus.	
	22 23	sed contenta suo uictrix moderamine uirtus	
500		accipit optatum toto pro munere fratrem.	445
	15 1	mox sopita deus inlustrans corda prophetae	

478 quique *A* tyranni *G* 479 fugā *C* 481 arioc hadachar godulla *G*  
gomurus *G* gomurrus *A* gomerus *C* 482 adque *G* pulchris *G* inhians  
gaudens *A* inhiagaudens *CG* amarphalus  $\omega$  483 discrimina *A*  
486 uatis *AC* 487 famulus *G* auctius *C* 488 retractant *AG* retrac-  
tans *G* corr. *p* 490 interfecit *C* 491 fratrem *C* demptum *AG* 493 prae-  
corum *C* 495 Melchisedechus erat panem uinumque praesentans  
(tant *G*) *AG* Melchisedecus erat panem uinumque praesentans Princeps  
rector quæ salemae *C*: excidit prius hemistichium secundi uersus, posterius  
autem, quod restiterat, expulit in libris *AG* alterum prioris uersus hemisti-  
chium: corr. *p* et benedixit ei suppl. *Mayor* praesentans *C* presentans *in*  
*ras. A* praesentant *G* u. 496 deest *G* decimas *A* Abram  $\omega$  Abrami *p* ex] lex *C*  
497 His *C* captus *G*<sup>1</sup> 498 bellis *A* 499 moderamine *G* 501 profetae *G*

- praecipit. ut cuncta uacuet formidine pectus,  
quandoquidem inuictae tutus sit tegmine dextrae.  
2 ille alacer concessa sibi licentia fatur:  
505 „Quid mihi pro tanta praestant tua dona loquella?  
3 nam coniuncta quatit fessum longaeua senectus,  
nec datur emeritum post mortem linquere natum.  
et quia nobilibus thalamis mihi germina non sunt,  
degener heres erit nobis, quem serua creauit.“  
510 4 confirmat uatem dominus, dum talia fatur:  
„Ne time confidens; seruus tibi non erit heres.  
5 nam si nosse ualet numero carentia quisquam  
sidera uel totas pelagi percurrere harenas,  
is poterit prolem solus numerare putando,  
515 quae praestanda tibi est, totus qua tenditur orbis,  
nasceturque tuo de semine, qui tua cernat  
filius atque etiam natus sit regis aeterni:  
7 namque ego sum dominus caelorum conditor, et te  
auxilio tutum Chaldaea ex gente reduxi.“  
520 6 credit ista senex nec quidquam defore uerbis  
metitur domini sincero acumine cordis  
8 subnixusque rogat, placidis dum supplicat orsis,  
signa dei quae mente gerat, quae corde sequatur,  
munere pro tanto, quo natum gignat inerti  
525 corpore, iam gelidis decursa ob tempora membris.  
9 admonitus uitulam trimi iam temporis aptat,  
coniungens alacrem torua cum fronte iuencum,  
uerbecem caprumque dehinc hirtamque capellam,  
columbas pariles, simili cum turture iunctas.  
530 10 corpora mox pecudum gemina in diuertia findit,  
iulaesas tota dimittens carne uolucres;

503 totus *G* 505 loquela *C* 507 meritum *A* 508 thalamis *G*  
509 degener] deger *G* 510 dum] cum *C* 511 nec *A* 512 numero *G*  
514 numerare potando *G* 515 tutus *G* 516 hinc *f. 19<sup>a</sup> m. secunda*  
*scriptum G* 517 adque *G* utque *A* 519 chaldaea *AC* 520 quicquam *ω*  
521 sincero *G* 523 q. corde *C* 524 mune pro *C* 525 tempera *G*  
526 atmonibus *C* iam trimi *C* 527 coniungens *A* turua *A* 528 uer-  
bæcem *G* herbecem *A* capram *A* 530 pecodum *A* 531 illaesas *G*

	omnia disponit sacrisque altaribus aptat,	
	11 seque locat propter, sensu uersutus et aure.	
	12 ecce autem prima sub tempora noctis opacae	
535	candida sanctifici terrentur pectora uatis	480
	nigrantesque ruunt confusa luce tenebrae.	
	13 his super attonitus domini solacia sumit,	
	dum noua uenturae praenoscit semina gentis,	
	per uarios casus duro sub rege locandae	
540	Aegypti, cui nomen erit Pharaonis acerbi.	485
	„Namque quater centum dominis subiecta per annos	
	seruiet, ad terras rursus reuocanda feraces;	
	14 ac uice mutata, quae quondam serua tremebat,	
	sceptra reget, ualida gentes uirtute coercens.	
545	15 at tu, cum fuerit metati terminus aevi,	490
	sedibus in patriis functus mandabere busto.	
	16 nam populus infensa sibi de sede reulsus	
	huc ueniet, domibus ueterum donandus auorum.	
	18 nam qua Niliacis gaudet nunc incola terris	
550	et celer Euphratis Syrorum praenatat orbis,	495
	19 Ceneaeos populos Cenezaeosque tenebunt,	
	20 Chedmoneos, Chettos iuncta cum gente Phereza	
	et Raphana, cui manus est Iebusa cohaerens,	
	21 dilectaque sibi pellentur sede Chananni.	
555	quin et Amorraeus, Gergesso extrusus amico,	500
	semianimis possessa dabit uenientibus arua.“	

532 disposuit (l' nit *pr.ss.*) C 535 pectura G 536 Nigantes (Ni *ex n al. c., r om.*) G querunt] quae runt A 537 attunitus G solatia G 538 semine C 539 casus] cursus A 540 aegypti A erit] erat *Arealus* faraonis AG acerui A 541 domini G 544 coercens AG 546 sedibi G mandauere C mandere A 547 infessa C tibi *Arealus* reulsos C 549 niliaces G 550 eufratis ω sirorum AC urbes AC orbis G<sup>1</sup> orbis G<sup>2</sup> 551 geneos ω *corr. p* populus G genezeos AG geneos C *corr. p* tenebant C 552 Chedmoneos p Chalmoneos ω chetos C cethosi A chettosque G (que *om. AC*) fereza AG fereza C 553 raffana AG rafana C iebosaco haerens G iebosa coercens AC 554 pellantur A channani C 555 amorreus AC 556 simianimis CG possessa] posse (*in marg. pr. m. a*) A



- quae cum sancta dei prompsissent uerba prophetae,  
 17 sole sub occiduo clarum dat fulmine signum.  
 nam uelut undanti ferueret flamma camino,  
 560 caesarum pecudum uisa est delambere carnes.  
 16 Interea steriles iam pridem fessa per annos  
 2 perdidit etiam uotum iam Sarra parentis,  
 et quia praegelida partum non poneret aluo,  
 ad secunda suum coepit lactare maritum  
 565 gaudia et inflexum cogit consortia seruae  
 noscere, quo saltim genitor sit pignore uili.  
 3 ilicet in thalamos Aegyptia ducitur Agar.  
 Ismahelumque nothum fecunda gignit ab aluo.  
 4 quae cum seruili dominam contemneret astu.  
 570 6 uerberibus duris adfficta et saucia fugit.  
 7 ac dum uicino tegeter se deuia fonte,  
 nuntius aethereo descendit culmine caeli  
 9 consultamque prius dominorum mittit ad aedes,  
 quin etiam multo gaudentem munere donat.  
 575 14 quae quia conspicuo fulgentem lumine sanctum  
 uiderat, a simili narrauit nomine fontem.  
 17 1 iamque nouem denos nouiesque exegerat annos  
 Abramus uates, cum se iam iamque parentem  
 agnoscit nati magno de munere dandi,  
 580 2 testamenta dei cui sunt concordia summi,  
 4 gentibus innumeris genitor ductorque futurus.  
 8 percipiens placidas per grandia tempora sedes.  
 5 quin etiam solito de nomine grandior exit.

557 dei *A* deus *CG* promississent *A* promississet *G* promississet *C*  
 promisit *uel* prompsisset *Areualus* profectę *C* 558 signo *G* 559 uelud *C*  
 561 steriles *G* sterilis *C* sterelis *A* 562 etiam *om.* *C* 563 non] prae *A*  
 564 at *C* fecunda *LMueller* lactare] latere *A* 567 illicet *AC* (a)egip-  
 tia *AC* adducitur *G* 568 Ismaelum *G* aluo *A* aluc (*sic*) *CG* 569 con-  
 temperet *AC* 570 afflicta *C* 571 hac *C* se] per *A* 572 aethereo *C*  
 descendit *A* aculmine *C* 576 uiderit *A* a simili *G* a *om.* *AC*  
 577 nouiesque *p* nouemque  $\omega$  578 uatis  $\omega$  se lam *C* 580 sunt] sint *G*  
 581 innumeris *G* 582 tempora . . . edes *spatio trium uel quattuor litt.*  
*relicto A* sedes *Martenius* edes *AG* ædes *C* 583 solito *C* solita *A* solido *G*

		dum decus adiectum uocalis littera ducit,	
585	15	et Sara quae fuerat, mandatur Sarra uocari.	530
	20	quin etiam patris Ismahelus pro prece diues, bis senos princeps populos generatque regitque.	
	12.23	post haec gesta senex. cum sol octauus adesset, maribus exhibitis adimit praepudia ferro,	
590		adiungens pariter quoscumque ex plebe seorsa.	535
	17	inde ubi iam tempus promissi muneris instat, soluitur in tremulos uultu crispante cachinnos, dum tacitus secum promissa ingentia uoluit: „Posse deum credes, quidquid non extitit umquam, condere et infractos robur generare per artus?“	
595			540
	18 1	Scandebat medium iam sol flagrantior axem, magnificusque senex frigus captabat in umbra, 2 cum subito iuuenes pariter tris adfore cernit. 3 sedulus in cunctos unum plus ambit et orat.	
600		ne puerum celeri linquat, dum praeterit, actu	545
	4	pacificusque suae dignetur tegmina quercus atque pedes geminos fringenti ut perluat unda	
	5	ac positos panes mensae dignetur amicae. adnuitur iussaue citus ueneranda facessit.	
605	6	ipse etiam properans sese dat Sarra uideri	550
		mensurasque libens ternas ex polline profert, quas dederat tosto cinerum torrere uapore.	
	7	tum uitulus tumida procuruans cornua fronte deligitur, nullo fuscatus tergora naeui,	
610	8	et modo constricti ponuntur fercula lactis.	555
	9	dumque deum trina positum sub imagine pascit,	

584 adiectus *G* 585 sara *G* sera *C* sacra *A* 586 patris *A* patri *C*  
 patria *G* smaelus *G* praeece *G* 587 principes *A* 589 matribus *A*  
 exhibitis *G* praepudia *G* praepudium *C* 590 adiungens *C* 591 inde iam  
 (ubi *om.*) *G* promissi *A* 593 tacitos *G* 594 credes *p* credens *ω* quic-  
 equid *AC* extitit *C* 595 rubor *A* 598 subito *G* tres *C* cernit: *c ex i G*  
 599 ambet *G* 600 celiri *G* preterit *AC* 602 fringenti *C* 604 annuitur *C*  
 facesset *G* 605 ipsa *A* 606 libans *Martenius* 607 terrere *C* 608 tu-  
 muuida *G* fonte *G* 609 delegitur *C* 611 dumque deum *CG* dum dñm *A*

- dulcia sanctificis delibat gaudia dictis:  
 „Quid rerum nunc Sarra gerit?“ (namque abdita tectis  
 tunc erat) et coeptas iterat lux uera loquellas:  
 615 10 „Euge memor uates. pleno non setius anno  
 mater erit;“ cum laeta procul sub talia risit  
 11 12 femina et annoso desperat corpore partum.  
 13 quaeritur haec inter. fuerit quae causa cachinni?  
 15 illa negat facili concussam se fore risu,  
 620 dum timet et tacito uoluit sub pectore culpam.  
 16 consurgunt iuuenes parili fulgore decentes  
 et Sodomam toto subiectam lumine uisunt.  
 17 tum dominus uati nil promptum non fore passus,  
 eloquitur, quae causa graues se ducat ad urbes:  
 625 20 „Clamore immodico Sodomae iunctaeque Gomorrae  
 21 excitus ueni uerumque inuisere curo.  
 ut. quod turba nocens, quod uox horrenda laborat,  
 oppida bina simul caelesti ex fulmine flagrent“.  
 24 hic trepidus uates famulo sermone poposcit.  
 630 noxia qui numerus sanctorum moenia seruet?  
 quinquies ex denis capiens primordia summae,  
 32 a bis quinque uiris cognoscit tegmine forti  
 oppressum uitii populum uitare ruinam.  
 19 1 illicet ad Sodomam ueniunt duo, Natus et Altor,  
 635 hesperus umenti cum iam prorumperet igni.  
 illic pro foribus Lodus de more sedebat.  
 cumque uiros simili lustrasset corpore claros,

626] Mico: Excitus-curo . binancius (i. Venantius) Alchimus

614 ceptas *B* iterat] ita dat *A* loquellas ( 615 uatis  $\omega$  setius *CG*  
 sentius *A* serius *Martenius* post *h. u. spatium trium uel quattuor litt.*  
*uacuum* *A* 617 annosum *A* desperat *AC* deperat *G* 619 concussam  
 se] concussa in se *G* risum *G* 620 timit *G* 621 pari *C* 622 lu//mine *G*  
 623 promptum *AG* 624 eloquitur passus causa (passus *in rasura scrip-*  
*tum*, quae *om.*) *G* gratis *G*<sup>1</sup> 625 immodico] *A* ommodico *G* iunctae *G*  
 iuncta *A* 626 que] que *C* 628 opida *G* 629 uatis  $\omega$  630 sanc-  
 torum] sacratū *C* 632 a bis *A* ab his *CG* 634 illicet *C* sodam *A*<sup>1</sup>  
 humenti *C* umeti *G* ingenti *A* 637 clarus *G*

	2 pronus adoratos consueta ad limina duxit, optantes media potius habitare platea.	
640	3 azyma quos tenui de polline candida pascit.	585
	4 sopitaque dehinc componunt membra cubili. ecce furens tota procurrit turba Gomorrae, seditione truci circumdans atria Lotis,	
645	5 atque uiros poscens tumido dilitigat ore. 7 ille memor pacis temptat mollire frementes	590
	8 atque etiam natas cupide dementibus offert, ut licito potius luxu peruersa uoluptas aestuēt, a simili disiungens turpia sexu.	
650	9 sed nil dicta mouent, franguntur limina ferro. ac dum se glomerant, dum fortia claustra reuellunt,	595
	11 lumina saepta sibi piceis gemuere tenebris. 12 his actis, auferre procul sua pignora iussus, 14 inuitat generos sensu torpente negantes. quod tamen adsiduo potuit mens blanda rogare,	
655	16 eduxit natas coram genetrice sequentes.	600
	30 ac dum progreditur, dum scandit culmina collis oppositi secumque putat, quid deinde sequatur, 26 femina postergum positas dum respicit arces, diriguit speciemque salis pro corpore sumpsit.	
660	23 ille subit celsae securus tecta Segorae.	605
	24 mox fragor horrisono de sidere fulmina torquet sulpuraeque ruunt olido cum turbine flammae, quae pariter muros atque ardua culmina lambunt. 28 omnibus in cinerem celeri cum labe reuulsis	
665	27 cernebat rutilo surgentes uertice flammās	610
	638 adoratus G <sup>1</sup> 640 azima AC azym G 641 sopit G con- ponunt] AG 642 gomorrae A 643 lotis C lutis in ras. m <sup>2</sup> G lothis A 644 tum,do C post tumido spatium quinque litt. uacuum A 647 lusu Aruulus (coll. u. 829) 648 Estuet CG aestuat A as simili C flā- gruntur (~ al. ss.) A 650 refellunt A reuellant G reuelant C 651 septa ω 655 coram A carā C cara G genetricē C 656 scandet culmine G 657 Ippositi G oppositis C potat G putet A 658 post tergum G posita C 660 segorrae A 661 flumina G torquot G <sup>1</sup> 662 sulphurae G sulphurae C sulfurae A 665 surgente G	

- 29 eminus Abramus, memori cum pectore tractans  
in uerbis domini numquam se adiungere mendum.  
30 nec minus et Lodus tuta conpostus in aula  
solamen tenero natis praestabat amore,  
670 31 quae sine coniugibus nequibant edere prolem.  
hae, cum perspicerent sublatum germinis usum  
maternumque decus solo genitore relicto,  
32 componunt epulas ac promunt uina parenti,  
nescius ut uetitum natarum nosceret usum.  
675 33 nec mora. femineis concrescit sarcina fibris  
37 et parili ambarum uitalia fomite turgent.  
prima creat puerum patrio sermone Moabum,  
38 altera disparibus Ammanum nuncupat orsis.  
hic pater Ammorum, genitor Moabitibus ille est.  
680 20 1 Interea excedit positus de sedibus Abram  
et Gerarum ad terras socia cum coniuge transit.  
2 hic Abimelechus cupiens consortia Sarrae  
principis arbitrio (germanam nam fore uates  
dixerat eximius, fraudem ne forma pararet  
coniugis innocuo. riuales dum cauet iras)  
685 3 nec tamen eualuit ualidis terroribus actus.  
qui mentem adficiunt, quotiens peruersa libido est:  
nam deus inmisso torsit lictore tyrannum,  
qui cum terrifico rupisset somnia uisu,  
690 9 prosequitur trepidus uatem uix mente reuersa,  
cui Sarra sit dicta soror, ceu nulla mariti  
uincla ligent nuptam, quae sit coniuncta prophetae.  
12 ille docet causas seseque a crimine purgat,

667 mendum] *mdaciū C* 668 conpostus *A* compostus *G* cōpositus *C*  
670 ædere *C* 673 promunt *G* 676 fomite] sumite *G* 678 ammo-  
num *A* 679 ammonum *G* 680 sidibus *G* 681 gerarum *C* gererum *G*  
generarum *A* 683 principes *CG* arbitrii *G*<sup>1</sup> uatis *ω* 685 innocui  
*Areualus* 686 *an* non tamen? eualuit *AC* ualuit *G* 687 quoties *C*  
688 inmisso *AC* *u.* 689 *post* 700 *positus G, hoc loco AC* sumnia *G*  
691 cui] cur *Martenius* sacra *G* mariti] maritu *G*<sup>1</sup> marito *Martenius*  
692 quae] cum *Martenius* sint *G* cūunctā *C* profetae *G* 693 seseque]  
que *om. G*

	mentitus nihilum; patris nam germine creta	
695	Sarra fuit, iuncta deducens linea sanguem.	
	16 haec ubi constiterant, rector dat mille talenta	640
	14 et famulos; his molle pecus armentaque iungit.	
	15 iugera quin etiam latos diffusa per agros, dummodo promeritum lenirent dona reatum.	
700	18 namque domus regis admissa piacula pendens,	644
	agmine morborum pariter grassante per omnes,	646
	germina femineis dudum decusserat aluis.	
	17 uerum ubi pacificus uates pro rege poposcit procubus ante deum, promptim se laeta per omnes	
705	reddidit ubertas aluosque impleuit opimas.	650
21	ipse etiam insuetis postrema in tempora uotis	
	2 fit pater, et laeti reputans solacia risus,	
	3 nuncupat Isacum, mandata et numinis alti	
	4 efficit, octauo decerpens lumine tegmen	
710	8 e ueretro, stabilesque uidens iam promere gressus	655
	coniunctos inter socia de stirpe propinquos uescitur et mensis genitor gratatur opimis;	
	7 nam desperatis maior fit gratia uotis.	
	9 iamque puer puero iunctus dum ludit alumno,	
715	compulit ignito matrem turgescere felle,	660
	ut famulam inuisam pariter cum pignore pellat,	—
	11 et tamen inuitus senior, dum maxima iussa	661
	12 obseruat domini, pariter detrusit utrumque. at mulier postquam domini de sede remota est,	
720	14 auia dimoto lustrat secreta recessu.	
	15 iamque panes cunctos uinumque insumpserat omne,	665

694 patris *p* fratris  $\omega$  695 deducens *A* diducens *CG* sanguen *Areualus* 696 mille *C* 698 defusa *A* 701 grasante *C* 703 uatis  $\omega$  704 promptim *CG* se laeta] saeta *C* 705 redidit *G* 706 insuetis: is *ex us statim corr. pr. A* 707 solacia]  $\omega$  708 nominis *C* 710 gressos *CG* 711 coniunctus *G* socia] propria *Martenius* 712 gratatur *G* gratatur *C* 713 desperatis *A* 714 puero] pero *G* alumpno *C* 715 turgescere *G* *u.* 716 *deest G* 719 ad *G* 720 dimutu *G* recessu *AC* regressu *G* 721 iamque] iam *Areualus* uinum] unum *A* undam . . omnem *Areualus* insumserat *AG*

- exanimem lasso suspirans pectore natum ;  
 19 31 deuenit ad puteum, cui tum Iuratio nomen  
 indiderat, maestoque inpleuit deuia questu :  
 725 cum deus adffictae lacrimis trans aethera motus  
 confirmat trepidam natoque ingentia dicit  
 18 regna parata suo. cuius tum clade gemescat.  
 19 ilicet inriguo scatebras de gurgite libans  
 erigitur natoque simul gaudente laetatur.  
 730 20 procedunt pia iussa dei; iam paruulus arcum  
 tendere et aligeras coepit torquere sagittas.  
 22-32 interea uates, ne quid clam forte pararet  
 ductor Abimelechus, conecit foedera pacis.  
 25 ut, quia de puteis fuerant certamina mota,  
 735 reddita securam firmarent otia uitam.  
 27 iuratur placitaeque manent concordia pacis.  
 33 inde senex curuo terram dum sulcat aratro,  
 ingentem laetis compleuit messibus aulam  
 sublimemque deum supplex per uota precatus  
 740 34 Philistinorum placidus consedit in aruis.  
 22 1 in quibus aetherii temptatur numinis orsis,  
 2 unicus ut natus gladio decumbat ad aram.  
 3 nec mora. cum tumidi conscendit culmina collis,  
 cornipedem ducens famulis natoque uadentem.  
 745 4 tertia iamque die, cum sol candentior axe  
 fulgeret medio, totas dum contrahit umbras,  
 5 dimittit pueros senior natumque capessit,

722 exanimem *CG* 723 iuratis *AC* miratio *G* 724 que] quae *Martenius* inpleuit *AC* infleuit *G* quaestu *AG* 727 gemiscat *G*<sup>1</sup> 728 ilicet *G* (*non C*) inriguâs catebras *C* 730 iam] nam *C* 632 uatis ω nequit *CG* 733 abimelus *G* 734—736 *hi tres uersus desunt A* 735 securam *C* 736 manet *Mayor* 737 solcat *G* post *h. u. rasura sex litterarum pro uoce aratro quae est in AC, apparentque uestigia litterarum* . rram (terram ?) *G* 738 mesibus aulum *C* 739 supplex *G* praecatus *G* 740 Filistinorum *G* Philist. *C* 741 aetherii *A* ? tentatur *G* nominis *G* 742 unicus] Vicinus *C* 744 cornipedum *G* *f. uadente* 745 tertia *G* iamque] iam *C* dies *G* 746 dum] cum *G*<sup>1</sup> (*recentior manus corr.*) 747 capessit *G*

- 6 ut sarmenta gerens, flammaram pabula, collo  
scanderet oppositi pariter fastigia collis.
- 750 9 iamque adeo flammis surgentibus altar ad ipsum  
sistitur, euinctus manibus posterga retortis. 695
- 10 dumque pater natum properat diffindere cultro,  
13 eminus albentem prospectat sedulus agnum,  
qui melius fuso completeret sacra cruore.
- 755 23 2 His actis uetulo decedit corpore Sarra.  
5 cumque locum busto praestarent pignora Cetus, 700  
13 dissensit uates, pretio taxare paratus.
- 15sq. quadringenta dedit sestertia diues Ephrono,  
17 dum sociam duplici gaudet mandare sepulchro.  
760 nomen Mambra loco ueterum narrauerat aetas.
- 24 2 illicet e famulis quendam, quem uita fidesque 705  
2 fecerat insignem, conceptis dicere uerbis  
et iurare iubet, dextram dum subdit amicam  
3 conecitque femur, nullam de gente Chananna  
765 iungendam nato, quoniam de stirpe parentum  
4 sit ducenda magis; quae si fortasse resistat, 710  
7 mittendum caelo, facile qui molliat iram.  
10 ille alaeris tumidis inponit dona camelis  
Assyriamque petit, iam cernens tecta Nachorae.
- 770 12 dumque silens secum domini mandata reuoluit,  
15 conspicit eximiam uenientem fonte Rebeccam, 715  
18 quae non tarda uiro frigentes porrigit undas  
23 inuitatque domum. cuius sit filia, fatur;  
22 iungitur hospitio iuuenis, mox munera promit.
- 775 61 omnibus explicitis uadit nuptura marito.

748 pabula] paula G collos G<sup>2</sup> ex colli uel collis G<sup>1</sup> 750 ipsum  
ad altar C 751 euinctus G euinctis A uox deest C post terga CG  
754 cruorem G 756 coetis A 757 uatis ω pretio C 758 qua-  
tringenta G quadraginta C sestercia G ephreno (no in mo corr. al.?) G  
effremo AC corr. p 759 socia CG 761 illicet C 764 femor A  
chanana C 766 si om. G 767 caelu G facilem ω corr. p 768 tu-  
midissimponit G inponit] AC camilis G camellis A 769 assiriam A  
770 sil/ens (i eras.) G 771 fronte CG 774 hospicio G 775 explectis G



- 62 iamque iter emensos prospectat comminus Isac,  
 64 quem Rebecca uidens dorso defluxit ab alto  
 65 obstipumque caput tenui uelamine condit.  
 67 iunguntur taciti dominoque auctore laetantur.
- 780 25 7 sed postquam senior centum transcenderat annos.  
 septies et denos, largitus munera cunctis  
 8 decessit, gemini donatus sede sepulchri.
- 9.11 interea patrias indeptus filius aedes  
 ad puteum degit, fuerat cui Visio nomen.
- 785 20 iamque quater denos illic transegerat annos;  
 coniuge cum dicta patriam ditauerat aulam:  
 21 quae cum praecipuo canderet sidere formae,  
 infecunda diu nesciuit gaudia matris.  
 sed cum sanctifico dominum deposceret ore,  
 790 heredem ut iustum coniunx grauidata crearet,  
 22 auditur; geminis turgescit feta Rebecca.  
 quae mirata diu crescentis pondera uentris,  
 23 consulit aetherii supplex responsa tonantis  
 agnoscitque suo populos in pectore binos  
 795 disparibus meritis ad lumina surgere uitae.  
 nam qui prima tenet meritae primordia lucis.  
 subditus imperiis agitur seruire minoris.
- 24 ergo ubi iam facili gignuntur pignora partu.  
 25 corpore puniceo senior se promit ad auras,  
 800 nigrantes toto consertus corpore saetas.  
 quem pater Esau placito de nomine dixit.  
 post, fraterna tenens manibus calcaria pressis,  
 nascitur insigni praediues mente Iacobus.  
 27 lustrabat senior uacuos uenatibus agros,

776 iamque *G* iam *AC* itere *G* prospecta *G* 777 refluxit *G*  
 778 capud *C* 779 taci// *A* 781 cunctus (*m*<sup>2</sup> *corr.*) *G* 782 se-  
 pulchro *A* 785 *liāq* *C* 786 conducta *AC* cum dicta *G* 787 siderē *C*  
 formae] pomae *G* 788 infoecunda *C?* 789 deposcerat *C* 790 con-  
 iux *AG* 791 foeta *C* 793 subplix *G* 800 consertus *A* con-  
 sertas *CG* corporis a&as *C* setas *A* 801 placido *A* 802 praessis *G*  
 803 iacubus *G*

805	bucina raucisono dum complet sara tremore, ast alius, blandi conseruans pectoris acta, gaudebat patriis inlaesus uiuere tectis.	750
28	maiozem genitor tenero palpabat amore, ast alium toto mulcebat pectore mater.	
810	29 qui cum Niliacam lentem soluisset in unda, compositos fratrem nitentem sumere pastus 30 perpulit, ut primos sibimet deferret honores.	755
26	1 haec inter malesuada famas et prima malorum compulit a patriis uatem discedere terris.	
815	Philistina petit rura, mox Gargara transit, Abimelecha suo quae tum sub iure tenebat, 2 incedens claro dominum cum lumine uidit arguentem dictis, adeat ne regna Canopi, sed teneat solum, dominus quod praestitit, aruum.	760
820	3 „Nam licet ignotos inter uideare morari, attamen inmensum genitor mansurus in orbem 4 semine multiplici gaudebis crescere gentes, testamenta mei sument quae maxima uerbi.* 6 illicet in Geraris socia cum coniuge degens,	765
825	7 germanam potius paterno edisserit actu, ne commota leui cupidine turba Philistim coniugium uatis correptis tolleret armis. 8 at rex, dum patula lustrat secreta fenestra, ludentem niuea cernit cum coniuge uatem,	770
830	10 conubiumque uidens cunctos sub lege coerchet, 11 ne sociam quisquam temptet raptare prophetae. 12 iamque famem dudum patriis qui fugerat oris,	775

805 complet] AC 807 inlesus AC tectus G<sup>1</sup> 809 toto] tot C  
810 niliacam] nihil iam G 811 compositos] AC<sup>1</sup> nidentem G 812 pri-  
mus G 813 malasuada A famis ω 814 compulit] G<sup>1</sup>.A a] e C  
uates G descende// A 815 filistina CG Gargara] immo Gerara cf. 824  
816 amimelechau suo G 818 nē A 821 adtamen G 822 mul-  
tiplic C 823 quae] q. C 824 illicet C 825 fraterno A 826 nē A  
filistim A filisti CG 828 ad rex G 830 coerchet G 831 profetae G  
832 horis CG

- hordea molliatae dum spargit credita terrae,  
centenos laeto carpsit de caespite fructus.
- 835 13 nec minus interea placido ditescit in actu  
14 multimodas inter pecudes terramque feracem.  
continuo infelix torquet dum pectora, lior  
15 inriguos turbat puteos atque aggere complet,  
ut procul abscedens possessos linqueret agros.
- 840 17 euitans igitur tumidae discrimina rixae,  
discessit mansitque diu conualle Gerarum,  
18 et cum sollicito puteos dimitteret actu,  
19 inuenit gelidas scatebroso e fomite lymphas.  
20 exceptusque dolo pastorum deserit iras  
845 inuisosque locos Litis de nomine signat.  
21 promouet inde gradum rursusque egesta profundo  
terra cauo gelidos in lucem protulit amnes.  
et quia mordaci fuerat certamine trusus.  
compellat meritis liuentia pectora dictis
- 850 22 ac, postquam tetricas fregit pax aurea lites,  
nomen Habundantis studuit transcribere terrae.  
dumque sagax mutat celeri noua gramina passu,  
23 deuenit ad colles, quibus est Iuratio nomen.  
24 illic perspicuo dominum cum lumine cernit,  
855 tempore quo medios euoluunt sidera cursus,  
admonitus tristes e pectore trudere motus,  
inuicto tutante deo per bella, per hostes.  
excitus gelidos post somnum colligit artus  
25 et uenerans structa dominum mox supplicat ara.

833 hordea *Martenius* horrea ω molliate C 834 carpsit A ce-  
spite AC cepide G 836 multimodos C 838 irriguos L complet] A  
839 possessos CG pos ses A liquerat A 841 gerarum] gesarae G  
842 puteus G 843 e ex i G om. A uomite A lymphas C lymfas AG  
844 exceptas dolo A 845 inuisos ω inausos *Martenii* ed. 846 aegesta A  
profundi C 847 lucem A luce CG ampnes C 849 compellat] AC  
850 tetricas] trificas C litis G 851 habundanti G transscribere A  
855 medio uoluit (ē al. ss.) G sydera C 856 ē G 857 inuicto C  
inuincto AG 858 exitus G sompnum C 859 domino] d,ō C dominem A

860	26	interea reges ueniunt Abimelus et Ozas, Phicolo comitante simul ferrumque gerente,	805
	28	ut, quia pacifico uellet se adiungere uati, necteret insertis concordia foedera dextris.	
	30	excipitur placide mensaque expletus eadem	
865	31	optatam reuehit posito discrimine pacem.	
	27	hinc inter medios surgit discordia fratres; namque pater longo iamdudum grandior aeuo, amissum cum sole diem oculosque sepultos mente ferens placida mortemque instare recordans,	810
870		maiorem natum, pietas quem sola uidebat,	
	3	inpellit, sumat pharetram celeresque sagittas, exhibeatque sibi carnes de more ferinas,	815
	4	sumpturus patriae confestim munera linguae.	
	5-8	id Rebecca uidens carum dat scire Iacobum,	
875	9	compellens, geminos ut promptim deferat haedos ac pro fratre uago studeat mactare parenti.	820
	11	et, ne forte dolos nudaret corpore leui,	
	16	pellibus obtegitur, hirsutum quae fore praestent,	
	15	fraternaue toga praeuelans pectus et artus,	
880	19	optulit indeptas uelut in uenatibus escas.	
	21	nec tamen occuluit penitus praenuntia corda.	825
	22	namque senex, iuuenem totum dum dextera lustrat, noscitat Esaum saetis, sed uoce Iacobum.	
	25	ac postquam compressa fames dimotaue mensa est,	
885	26	admonet, ut propius sese sistatque locetque.	
	27	ille ubi demisso successit uertice dextrae,	830

860 abimelus *A* abemilus *G* amelius *C* et Ozas] Ochozas *p* 861 ficolo  $\omega$   
863 necterit *A* fœdera *C* 864 que *om.* *C* 866 hinc *p* hic *Mayor* haec  $\omega$   
868 die *G* 869 placidã *G* 871 inpellit] *AC* faretram  $\omega$  873 sumturus *A*  
874 arum *G* iacob *A* 875 prumptim *A* promptim *CG* hedos *AG*  
876 studiat *G* mutare *A* parente *G*<sup>1</sup> 878 quae] *q.* *C* 880 uelut in *AC*  
ueluti (in *om.*) *G* aescas *C* 881 paenitus *G* 882 senex *AC* senes *G*  
senis *Martenius* 883 noscit at *G* nosciat *A* æsaum *C* setis *A* 884 con-  
pressa] *A* compraessa *G* famis  $\omega$  885 atmonit *C* post propius *spatium*  
duarum *litt.* uacuum *A* sésé *AC* 886 illi *G*<sup>1</sup> dimisso *ACG*<sup>2</sup> de-  
misso *G*<sup>1</sup> demissa *Martenius*

- candida sanctiloqui percepit dieta parentis.  
 oscula dum pressis delibat dulcia labris.  
 nam post optata longae commercia uitae
- 890 29 anterior frater minimo seruire iubetur.  
 30 interea Esaus, longis discursibus actus.  
 uiscera iam saturo portabat capta parenti.  
 37 et licet officio multum placuisset et actu.  
 intercepta tamen non quiuit sumere dona.
- 895 41 inde irae et lacrimae et fraus quaesita nocendi:  
 42 quam Rebecca uidens fraterno in pectore prodit  
 43 Iacobumque monet cognatas uisere Carras  
 Labanumque suae germanum quaerere matris.  
 44 donec longa dies conceptas mitiget iras.
- 900 28 1 iungitur et matris monitis sententia uatis.  
 dum tranquilla docens natum communiter ornat:  
 „Ne pete conubium, iuuenis, de gente Chananna,  
 sed memor eloquiis cari genitoris adhaere.  
 2 est locus Assyriis, gemino qui cingitur amne.
- 905 (10) hic pater est matris nobis Bathuelus amicus  
 Labanusque gener, totis qui praedia Carris  
 laeta tenet natasque fouet pubentibus annis.  
 illa tibi coniunx, moneo, de stirpe petatur.  
 quae genus egregium nostro de sanguine ducit.\*
- 910 5 10 at iuuenis, monitis gaudens seruire paternis,  
 egreditur linquens patriam multoque labore  
 11 defessus dulci declinat lumina somno.

892] Mico : Viscera—parent. Ouidius

887 percipit *C* 888 praessis *G* p̄ses *C* delibans *A* 891 intere *C*  
 Esaus] saus *G* 892 uiscer& *C* satoro *G* parent *Mico* 895 indie *A*  
 inde et *C* irae *AC* ira *G* fraus est *Areualus* q.sita *C* 897 carras]  
 terras *A* 899 conceptas *C* mitiget] mitteret *G* 901 conunit et *A*  
 cōmonet et *C* communiter *G* 902 p̄ te *al. corr. G* conouium *G*<sup>1</sup>  
 (ou *in* ub *al. corr.*) 903 cari] sacri *C* adhere *AC* 904 assiriis *C*  
 ampne *C* 905 bathuelus *C* batuelus *AG* 908 coniux *AG* de stirpe  
 moneo *C* styrepep̄atatur *G* 910 ad *G* 912 defusus *G* sompno *C*

- et dum praegelido consternit saxa cubili,  
 praeduram fesso subponit uertice caudem.
- 915 12 ac dum securo refouentur membra sopore,  
 aspicit intrepidus toto de lumine mentis 860  
 haerentem scalam puro trans nubila caelo,  
 e gradibus cuius sublimis turba ruebat;  
 ast alia e terris superas scandeat ad arces.
- 920 13 ac dum praecipiti uoluuntur corpora casu,  
 omnipotens prona spectabat fronte ruentes, 865  
 haec super adiungens: „Ego sum rex magnus olympi,  
 iam pridem dominusque tuus dominusque parentis:  
 pelle metus tristes; tellus, cui membra dedisti,  
 certa tibi sedes et cunctis te duce natis.
- 925 15 tu nunc perge memor coeptumque haut desere munus. 870  
 me duce dimissas iterum remeabis ad urbes.“  
 16 illi somnum ingens rumpit pauor ossaque tota  
 concutit umentis perfundens membra fluore.
- 930 17 et super haec memorat: „Domus est hic magna  
 tonantis  
 portaque, quae gemino reserat de cardine caelum. 875  
 18 mox lapidem, capiti fuerat qui subditus, unguet  
 19 atque Domum domini conpellans indice saxo  
 22 promittit decimos daturum se fore fructus.
- 935 29 iamque iter inceptum celerans, qua semita duxit,  
 2 peruenit ad puteum, qui uasta per auia solus 880  
 molle pecus riguis semper palpauerat undis.  
 hic gregibus trinis pastores sole calente  
 libabant tenues latices aestumque leuabant;

914 supponit *A* 915 securo *C* 917 puro *G* pure *AC* 922 manus  
 (*g m. rec. add.*) *G* olympi *G* olympi *C* olymfi *A* 924 tristes] praestes *G*  
 925 sedes *G*<sup>1</sup>*C* sedis *AG*<sup>2</sup> te] et *G* 926 ceptum *AG* ceptum *C* haud  
*Arcualus* aut *G* a *AC* desere] dissere *A* 927 duce/// (*m eras.*) *G*  
 929 concutit] Cutit *C* Concuti tumentis *A* 930 hic] haec *A* 931 que *om.* *C*  
 932 unguet *A* 933 domini] di *C* conpellans] *AC* 935 iamque] Atque *C*  
 qua *A* quo *CG* 936 puteum *G* per auia *A* in deuia *CG* 938 hic regibus *G*  
 calenti *A* 939 astum *C*

- 940 5 hisque salutatis disquirat singula uates,  
6 incolumesque uidet cunctos, quos mente quaerebat.  
9 haec inter niuea gradiens Rachel a figura  
urgebat patrias ad pocula nota bidentes.  
10 quam promptim iuuenis fraterno e limine uisam,  
945 11 castus in amplexus cognata ad pectora iungit,  
10 deuoluens lapidem, putei qui texerat ora,  
12 seque simul iuncto germanum sanguine pandit.  
13 quem procul intuitus sensu gaudente Labanus  
aduolat et sueta iuuenem componit in aula.  
950 15 nec patitur gratis uatem seruire propinquum  
19 proque labore uiri natam despondet amanti.  
20 ergo ubi mercedem septenis traxerat annis,  
21 desponsam thalami deposcit foedere iungi.  
23 nec mora, mentito donatur munere Lia,  
955 17 luminibus grauidis, primo sed prosata partu.  
sed fraudis commenta dolens concepta Iacobus  
25 uerba canit soceris, frustratus uirgine pacta.  
30 rursus in alterius pretium mercede seorsa  
perpetitur longae Iacobus munia uitae,  
960 percipiens meritam pulsa iam fraude Rachelam.  
31 sed deus aetheriae regnator maximus aulae  
pignore multiplici dempsit dispendia formae.  
32 Rubenum nam Lia creat, tum deinde Simonem;  
33 34 tertius egregio Leuitis pectore natus  
965 possedit domini sacrata altaria nostri.  
35 hunc sequitur Iuda, tribui mox inditus auctor.

940 uatis ω 941 incolomes AC q.rebat C 943 bibentes G  
944 promptim G prumptim A e] tollendum putabat Arealus limine p  
lumine ω 945 castus p castos CG castof A in amplexus (ds al. c. G) CG  
complexus (in om.) A 946 desoluens G ore C 949 atuocat C con-  
ponit] AG 950 gratias G proprinquum A 951 labore/// (m eraso) G  
dispondet A dispondit C 952 mercedem AC iam mercem G septinis G  
953 disponsam AC talami G federe C 954 munera G 957 uirgini G  
958 praetium G seorsu C 959 Perpetur (et post h. u. duarum litt. spatium  
uacuum) A longe CG longaeua A 962 demsit AG 964 le///uitis G  
natus: us ex is al. c. G 965 possedet A possidet CG corr. p

- 30** 1-8 ast alios partus, utero quos Balla creauit,  
scire licet; claros nunc ius est dicere natos.  
18 post hos Issacharus paritur iam germine quino.  
970 20 sexta subit proles nomen Zabulonis adepta,  
21 nascitur et uirgo germanis congrua Dina. 915  
22 tandem sera deus largitur dona Rachelae:  
24 aetherias tenerum Iosepum gignit ad auras.  
25 ergo ubi iam proles utraque ex coniuge parta est,  
975 26 discessum a soceris et, quae quaesiuerat, orat:  
28 qui cum pro meritis mercedem soluere uellent, 920  
deponunt animos genero poscente rogati:  
31 qui nihil externum cupiens, ditescere sese  
muneribus domini solis testatus, abiuit,  
980 32 coniuge percepta tantum contentus utraque,  
enitens, ut longa sibi monumenta pararet. 925  
37 decerpit uirgas rupto de corpore matrum.  
myrtea prima fuit, storaci mox altera dempta est.  
tertia uulsa nuci, quo sensim lana colores  
985 38 diuiduos raperet uirgarum perlita suco.  
39 nam per stagna pecus properans mersare balantum 930  
signauit uario tinctum discrimine fuci,  
**31** 8 inuidiam propter, uariam quia dixerat eius  
esse socer mercedem, multis quam dempserat annis.  
990 1 hic cum diuitiis alitus praestaret inemptis,  
inuidiam laeuo mouit liuore dolentum. 935

967 Cas' alios C alias *Arcualus* partus] nōthos A crearet C 968 claros  
nuntius .ē. (est G) dicere natos CG non claros nunti edicere natos A  
969 issacharus A issaccharus G isacharus C quino AC quinto G  
970 proles CG nomine CG 972 largitus G 973 iosephum A  
974 proles CG 975 a] o C et quae *Martenius* et om. ω quēsui  
erat C 976 mercede C 977 animos G animo AC 980 perceptae C  
981 monumenta AC momenta G 983 myrtea] mistea G<sup>1</sup> mystea G<sup>2</sup>  
demta G 984 sinsim AG coloris G<sup>1</sup> 985 reparaet U 986 pecus C  
987 an uarii? suci G 989 quem C dempserat A tempserat C tem-  
serat G 990 sic *Mayor* diuitis (post h. u. spatium sex litt. uacuum) A  
alitos ω corr. p praestaret AC inentis AG 991 leuo ω uōmuit, in marg.  
mouit A liuore: i ex o? C



- 19 dumque socer dirus lanarum uellera tondit,  
libertas permissa uiro, qua commoda ferret  
omnia et incoctos tosta fornace penates,  
995 quos Syrus in patriis credebat numina Carris.  
30-34 haec tamen inuolucris cohibebat cauta Rachelæ,  
ne pater inuenta puniret crimina noxa.  
21 digressus uicto conscendit flumine collem,  
quem Galatum indigenae patrio sermone loquuntur.  
1000 22 tertia iamque die soceri peruenit ad aures  
discessus generi pariter pariterque natarum.  
23 illicet auxilium fraterno ex agmine poscit  
quaesitumque diu sexto iam lumine nactus,  
24 ne noceat, sancto domini terrore uetatur,  
1005 30 mitificusque suis, quae credit numina, poscit,  
33 et cunctis quaesita locis non cognita maeret.  
44 postquam depositis rediit pax certa querellis,  
46 congeries struitur saxis crescentibus alta,  
52 ut locus exstructo maneat munimine testis  
1010 ac positus limes litem discerneret agris.  
32 2 ecce uiae medio uates uidet ardua castra,  
quae deus astrigero ductat moderamine rector,  
indidit et nomen testatus: „Haec deus implet.“  
3 interea electos iuuenes praecurrere iussit  
1015 5 muneribusque graues, germanum quae iubet uti,  
ut reditum placidus tribuat; pacemque petenti  
6 adnuit ille libens; sociis atque agmine multo  
stipatus fratrem contra nil turbidus exit,  
cumque quater centum terreret turba uirorum,

u. 992 *deest A* 993 *Vbertas C* que *cōmode C* 994 *paenates CG*  
995 *carris] terris A* 996 *cauta] cantu A* 997 *noxa CG* *noxae A*  
998 *degressus A* 999 *galatum G* *galatā C* *galactuen A* *indigenae G*  
*locuntur A* 1000 *auras in aures pr. corr. G* 1002 *illicet AC*  
1003 *die A* *.vi. C* *nactus A* *nactōs C* *nangus G* 1005 *suis] suo is G*  
*sua is Martenius nomina G* 1006 *cognitā aeret C* 1007 *quaerellis A*  
*q.relis C* 1009 *extracto G* 1010 *litem] limen G* 1011 *uatis ω*  
*uidet G* *uidit AC* 1012 *ducat A* 1015 *quae] q. G* *q; A* *q. C* *uti]*  
*ut is G* 1017 *annuit C* 1019 *terreret] terret G*

- 1020 plus species. quam tela nocent famulantibus armis.  
discretis igitur gregibus haec prima locauit, 965  
quae donata sibi dignetur sumere frater,  
9 atque simul flexa dominum ceruice poposcit:  
„O deus, immensi spes et substantia regni,  
1025 qui deus es semper genitoris solus auique, 970  
cuius ab exilio faciunt me iussa reuerti,  
grandia ditato largitus commoda seruo  
10 iussisti lenta fluuium transmittere uirga  
Iordanemque tuum humili transmittere gressu.  
1030 et nunc diuiduis cernis me degere castris,  
ut uarios casus gemino munimine uitem. 975  
11 eripe me his, inuicte, malis et spicula fratris  
infracto placidus quam primum decute ferro,  
ne rapidus duro feriat mea pectora telo.“  
1035 13-23 ergo ubi conposuit socios somnosque petiuit, 980  
24 luctantem superare deum sub nocte laborat;  
25 femine nam presso stupuit pars corporis illa.  
cumque diu uellet membrorum soluere nexus  
is, qui pulsarat ualido certamine uatem,  
1040 26 praestita dimissum dominus post dona remisit.  
28 nomine mutato Iacobus desinit esse, 985  
ac „Dominum cernens“ cunctorum dicitur ore,  
29 ausus quin etiam domini condiscere nomen,  
non potuit, soli quod ius est nosse tonanti.  
1045 30 ipse locum Domini compellat nomine uisi,  
contigerat cuius sublimes cernere uultus. 990  
31 atque ubi se dominus pulsa iam nocte remouit,  
egreditur longa sustentans cuspede gressus.

1023 dominum flexa C 1024 immensi] C 1025 es semper] esse per C  
auique] aeuinae C auque G 1029 humili A ilico CG gressu (leuis  
uirgula super u) C 1031 uitem] casus G (unde Arealus: ut uarios  
caueam g. m. casus) 1034 pectora] pignora (sc. matrem cum filiis)

Arealus 1035 conposuit] A somno G sompnos C 1037 praesso AG  
presso C 1040 praestita dimissum CG praestitit admissum A 1045 con-  
pellat] A 1047, se dominus] sed nom C

	32	hinc Iudaea memor deuitat mandere neruum, qui femur adstrictum rigido munimine fulcit.	
1050			
	33	1 iamque uidens fratrem uallatum congrege turma, 3 procuruus prona dominum ceruice salutat: 4 congressi multo coniungunt pectora fletu. . . 5 et iam iamque magis uario sermone requirit,	995
1055		qui ueniant comitante manu, quae turba sequatur. ille docet, nuptae quo sint genitore creatae. diuersique greges qua sint mercede parati.	1000
	6	confestimque nurus curuo cum poplite fusae admorunt teneros cognata ad basia natos.	
1060	8	9 at senior praelata pie dum munera uitat, mitificus mulcet concordis pignora uatis	1005
	12	atque libens fratre pariter comitante recurrit, ut uice sermonum sensim sua gesta referrent.	
	13	sed quia lentigrado serpebant agmine fetae, subsedit uates gregibus famulisque regendis	
1065		17 paruaque frondoso posuit mapalia tecto. nomine quae fixo placuit uocitare Tabernas.	1010
	18	deuenit ad Sicimas, quae sunt regione Chananna, mercatus pretio confinis praedia terrae.	
1070	20	atque deum exstructis properans altaribus orat.	
	34	2 illic improbius Dinam Correus amatam polluit et tenerae praecerpsit uirginis usum	1015
	19	coniungique uolens soceris praepudia dempsit, grandia dona ferens rapta pro coniuge uati.	1018

1049 iudea *CG* 1051 *ēgrege C* cum grege *AG corr. p* post 1053 *ex-*  
*cidit uersus* 1056 genitore *G* 1057 gregis *G<sup>1</sup>* 1058 fuisse *C*  
1059 atmorunt *C* teneris *G<sup>1</sup>* ad basia] a basi *G* 1060 ad *G* prae-  
lata *AC* prolata *G* pie *ex pie al. C* 1061 mulcit *C* 1062 fratri *A*  
1063 *sinsim G* 1064 *lentigradu AC* serpeba *t G* foetae *C* 1065 uatis *ω*  
1066 que *om. C* fondoso *G* frondosa *C* mappalia *A* 1068 sichimas *C*  
q. *C* channa *C* 1069 precio *G* confisus *A* 1070 exstructis *G*  
1071 improbius] *G* improbus *A* cur reus *A* 1072 pulluit *A* pre-  
cepssit *C* 1073 coniungi] coniugium *A* praepudia *G* dempsit *AG*

1075	25	tertia luce dehinc, maius qua uulnera feruent,	1037
	26	oppressus tota pariter cum pube necatur.	1019
	30	natorum ferro doluit haec gesta Iacobus, infractum foedus socia cum gente locutus.	1020
	<b>35</b>	ilicet omnipotens monuit discedere uatem	
1080	1	atque domum fidam Betheli in sede locare.	
	2	festinat paretque deo natosque precatur, ut delubra deum rigido formata metallo	1025
		conminuant niueoque togas sub tegmine sumant.	
	4	ipse deos nullos Terebinthi abscondit in antro	
1085	9	ingentemque uidet dominum depromere sueta uerba sibi uatemque fore se numinis alti	
	12	ditibus in terris, dominus quas uouerat Abrae.	1030
	14	ipse loco nomen posuit saxumque sacrauit, quod uenerans liquido totum perfundit oliuo,	
1090	21	erexitque domum turris sub tecta Gaderae.	
	18	haec inter Rachela, graui confecta dolore, funere facta parens Beniaminum fudit ab aluo.	1035
		namque praeter natos iustis de matribus ortos	1036
		pignora subposita uates genetrice creauit	1038
1095	25	agnouitque libens socio de germine Ballae conspicuum Danem, quem Neptalimus adurget.	1040
	26	ast alios mox Zelpha creat, Gadumque Aserumque.	
	27	optinet hoc etiam, meritis quod defore norat, ut patrios uultus tanta cum prole uideret;	

*u.* 1075 hoc loco deest in *G* (legitur post 1093) 1076 oppraessus *G* pube] plebe *A* negatur *G*<sup>1</sup> 1078 infructum *C* locatus *A* 1079 illicet *CG* discedere] descere *G* 1080 fidem *C* fida *Areualus* locaret *A* 1081 festinet *C* praecatur *C* praecator *G* 1082 furmata *G*<sup>1</sup> firmata *G*<sup>2</sup> 1083 conminuant] *A* sumant *AG*<sup>2</sup> in marg., (in contextu post tegmine rasura, in qua uestigia litt. sum/n/ apparent) humi *C* 1084 deos.. nollo (cum spatio uacuo duarum litt.) *A* ter/ebinti (altero r eraso) *G* anthro *C* 1090 caderae  $\omega$  (cader/e, a eraso *G*) corr. p 1092 Benjamin *Areualus* 1093 preter *AC* notos *Martenius* ortos *Areualus* ortus  $\omega$  inter 1093 et 1094 legitur *u.* 1075 in *G* 1094 subposita  $\omega$  uatis  $\omega$  genetrice *C* 1095 balae *C* 1096 neptalimus *AC* nepthalimus *G* 1097 zelfa  $\omega$  /serum (a eraso) *G* 1098 optinet  $\omega$  1099 uederet *G*

- 1100 ut. qui iam uetula fuerat genetrice creatus,  
bis seno insignis posset gaudere nepote.
- 28 ergo ubi iam tandem bis nonaginta per annos  
uita fuit proceris et longum ducta per aeuum,  
29 soluitur et lasso de corpore candidus exit,  
1105 uisurus sanctas, quas dat prudentia, sedes,  
in quibus astrigero recubans per saecula fulchro  
inuitat niueos securo ad gaudia iustos.
- 36 iamque iuuat fratres metatas didere sedes;  
7 nam quia non poterant angusto in limite terrae  
1110 crescentes gregibus multis cohibere colonos,  
8 anterior Sirum montem post arua Chananna  
accipit et laeta praediues pascua sumpsit.
- 37 1 Chanannaea sequens non linquit regna Iacobus,  
ut patrio semper gauderet mens pia ritu.
- 1115 2 illic conspicuos Iosepus suscipit actus,  
effulgens inter tanto discrimine fratres,  
quanto luna nitet parua inter sidera caeli.  
qui cum iam septem decemque adtingeret annos,  
seruabat patrias herboso in gramine fetas,
- 1120 3 omnibus incedens natu minor, quos generosis  
progenuit thalamis genitor uel paelice serua.  
4 et quia conspicuus germana in classe uirebat,  
fraternos sensus liuoris frigore mouit.
- 3 hunc pater ex toto conplectens stirpe natorum  
1125 mulcebat tenerum ualida inter corpora fratrum,  
quoque magis cunctos inter conspectior esset,  
uelabat uario uestis circumflua fuco.  
is cum iam teneris domino inseruiret ab annis,

1100 fuerit *A* 1101 bis sino *G* 1106 saecula] *G* fulcro *C* fulchro *A*  
pulchro *G* 1107 saecura *C* 1108 dedere *A* 1110 multis *A* multi *C*  
multos *G* colonos *C* 1111 syrum *C* post arū achannana *C* 1112 sump-  
sit *AC* sumit *G* 1113 chanannea ω 1115 illico conspicuos *A* iosepus *CG*  
iosephus *A* suscepit *G* 1118 iam tūm *A* attingeret *C* 1119 foetas *C*  
1120 natum *G* 1121 pellice *C* paellice *G* pellice *A* 1124 tota *CG*  
conplectens] *A* naturum *G* 1128 tenero *C* seruiret *A*

- 5 forte uidet placido sopitus lumina somno  
 1130 7 fratribus admixtum sese uincire maniplos,  
 dum medias inter dstringunt farra nouales, 1075  
 atque suum recto sublimem surgere cono,  
 quem iuxta prona fratrum ceruice ruebant.  
 8 id postquam iuuenis placido sermone rexit,  
 1135 commouit trepido pautantia corda tumultu;  
 murmure terrifico regem dominumque loquentes, 1080  
 prodebant sceleri secretum defore solum.  
 9 quoque magis gemina tristes dirumperet ira,  
 10 somnia doctiloquo pandit perspecta parenti,  
 1140 omnibus admotis, quos linea sanguinis artat.  
 9 namque uidebatur roseum sibi cernere solem 1085  
 coniunctamque simul tremulo cum lumine lunam  
 hisque decem stellas unamque adsurgere iunctas  
 et sibi ceu domino procurua inflectere colla.  
 1145 10 haec postquam obliquo genitor cognouerat ore,  
 fassus adorandum trepidis mox fratribus esse. 1090  
 12 ilicet excedunt iuuenes, gregibusque paternis  
 disquirunt laetas per florea gramina ualles;  
 14 ad quos missus abit dumisque silentibus errat,  
 1150 15 edoctus quodam iuuenum monstrante recessus,  
 gramine mutato fratrum quos legerat agmen; 1095  
 18 quem procul ut uaria licuit praenoscere ueste.  
 20 consilium infaustum linguis discordibus aptant.  
 omnibus inuisum constat sententia fratrem  
 1155 perdere et extinctum morsu narrare ferarum,  
 dum rapidi secum uentoso murmure mussant: 1100  
 „Somnia, cernamus, poterunt si pellere letum.“  
 21 respuit hoc placidis Rubenus mitior orsis

1129 uidit AC 1130 uincere C 1132 sublimem AC sublimem G  
 1134 id om. G 1135 tumultum G 1136 loquentes A loquentē C  
 loquentum G 1138 tristes om., spatio uacuo relicto A 1143 unam]  
 una G 1145 ore] orat C 1147 illicet AC 1149 ad] at C 1154 fra-  
 trum: sed um in em corr. pr. G 1155 frarum G 1156 musant C  
 1157 loetum C

- 1160 22 freudentesque monet praedurum condere ferrum,  
 stagnanti memorans melius mersare palude.  
 24 ilicet exuitur nudusque inuoluitur ulua. 1  
 25 haec inter solitus merces mutare Sabaeas  
 Ismahelita graui trudebat mole camelos.  
 dum properat Arabum messes deferre Canopo.  
 1165 26 ergo ubi germani spes est adflicta minoris,  
 27 Iudas ait melius Iosepum uendere nummis. 1  
 31 celatur genitor uestemque in sanguine tinctam  
 33 perspicuens nulla metitur fraude necatum.  
 30. 34 discindit manibus uestem Rubenus aduncis-  
 1170 nigrantesque sibi cilicum circumdat amictus.  
 adflictus luctu genitor perquirat amissum, :  
 36 quem dudum acceptum semiuir Pharaonis habebat,  
 auratas solitus mensas onerare tyranni  
 lancibus et strepitu magnae gaudere culinae.  
 1175 38 27 haec inter Thamara parit, dum gaudia culpae  
 laeta placent, gemoque impletur pignore uenter, :  
 quorum prima puer meruit qui lumina uitae,  
 exeruit prompsitque manum, quam femina sollers  
 punicea de reste ligat; mox conditur aluo  
 1180 29 et uice mutata confestim nascitur alter,  
 anteriora tenens, fuerat qui sorte secundus. :  
 30 hic quoniam fuerat discretus limite quondam,  
 Zarae nomen habet, alium dixere Pharetem.

1160 stagnanti] siccata *Areualus* 1161 illicet *AC* exsultur *A* in-  
 duitur *A* aula *C* 1162 solitus] silitus *G* (*unde* Syricus *Martenius*)  
 sabeas *CG* 1163 ismaelida *G* 1165 germano *A* 1166 melius] mu-  
 lius *C* iosephum *A* uindere *G* 1168 perpicuens *G* nullam *G*  
 1169 discendit *AG*<sup>1</sup> descendit *C* *corr. rec. m. G* Rubenus] *immo Ia-*  
*cobus (Rubenus scissis uestibus ad fratres perrexisse antea u. 30*  
*narratum est).* 1170 amictum *G* „uidetur sequens uersus huic prae-  
 ponendus esse.“ *Areualus* 1171 atflictus *C* amisum *C* 1172 si-  
 miuir *G* faraonis  $\omega$  1173 mensus *A* 1174 colinae *G* 1175 inter  $\gamma$  *G*  
 1176 laeta] quieti *C* 1178 exeruit *G* prompsit *G* promisit *A* promp-  
 sit *C* 1180 motata *A* confestim  $\gamma$  *G* 1181 interiora *C* 1182 limite]  
 lumine *A* 1183 Zare *CG* Zares *A* duxere *G*<sup>1</sup> faretem  $\omega$

- 39** 2 Seruabat domini custodia fida Iosepum,  
 1185 non passus durae subiectum uiuere legi.  
 anterius nam dictus erus dat cuncta ministro, 1180  
 3 nec spe cassa quidem; dominus nam mitis ab alto  
 5 omnia, quae iuuenis seruabat, largius auxit.  
 nec tamen optinuit Petaphretae inmitis amorem;  
 1190 7 nam quia conspicuo fulgerent lumina uultu,  
 exorat coitum domina male saucia serui. 1185  
 8 sed uitat iam foeda puer seseque recusat  
 sacratum culpa immodica pressare cubile.  
 femina sed uetitis nequiquam perdita flammis  
 1195 explorat molles aditus et tempora captat.  
 11 forte domum uacuum solumque ut repperit, instat 1140  
 consertumque manu cogit decumbere secum.  
 12 exilit ille alacer uestemque a corpore demit  
 atque inter dominae geminas dilabitur ulnas.  
 1200 14 femina proclamat uiresque a crimine sumit,  
 uociferans praedulce decus temerasse pudoris 1145  
 fidentem forma iuuenem, dum lubricus aeuo  
 feruet et erilem molitur scandere lectum.  
 16 quin etiam tristi conpellat uoce maritum  
 1205 innocuumque reum placitae uult subdere poenae  
 19 20 quae ceu uera putans Iosepum carcere claudit, 1150  
 in quo iam regis cohibebat poena ministros.  
 21 carceris hunc custos blando mox pectore mulcet  
 22 innocuumque uidens commissa ergastula legat.  
 1210 **40** 2 illic forte duo, celsa quos toruus in aula  
 condiderat nigro permotus felle tyrannus, 1155  
 inclusi poenam trepido sub corde pauebant,

1184—1498 *desunt C* 1187 spes *Arcualus* 1188 quae iuuenis] 1184—1498  
 i post quae *ex q. corr. G* 1189 petafretam mitis *AG corr. p* amorem *A* *AG*  
 amore *G* 1190 uultu *G* 1192 foeda: d *ex t G* 1194 ne quiquam *A*  
 nequicquam *G* 1195 moles *A* 1201 pudoris *G* 1203 aerilem *G*  
 herilem *A* 1204 conpellat] *A* 1205 poenae *G* 1206 potans *G* claudit *A*  
 claudit *G* 1209 commissa] *A* ergastula *G* 1210 quus *G* turuus *AG*  
 1212 poena *G*



- 4 ac dum sollicitis furantur lumina curis,  
 5 somnia uenturis uiderunt nuntia rebus.  
 1215 6 hos cum perspicuo lustrasset lumine maestos,  
 perquirit causas cogitque occulta fateri.  
 9 continuo, qui uina dabat consueta tyranno,  
 eloquitur, quae uisa forent sub nocte sopora:  
 10 „Cernebam uiridi frondentem palmite uitem,  
 1220 dum serpit nexaque suo de uerbere pendet,  
 pampineos inter flexus tris adfore fundos,  
 uuaque nectareo pendebat flaua racemo.  
 11 inde calix regis, quo mitia pocula libat,  
 spumabat tenero, quod pressit dextera, musto,  
 1225 quem dominus prompta susceptum palma tenebat.“  
 12 omnia tum iuuenis signanter clausa reuelat.  
 13 tris fundos tris esse dies, quibus ille secutis  
 amissum rursus relegat repetatque fauorem,  
 mixturus placido, quae uidit, pocula regi.  
 1230 14 „Hoc tantum meritis pro talibus effice,“ dicit,  
 „ut, cum sumpta tibi fuerit fiducia fandi,  
 dimoueas nostram nullo de crimine poenam.  
 15 Hebraea gens dicta mihi. nam uenditus exul  
 crimine fraterno seruitum nobilis iui.“  
 1235 16 post haec uisa sibi pistorum maximus infit:  
 „Vertice trina meo uisus gestare canistra  
 regificis dapibus lautoque inpleta paratu,  
 17 unguibus innumerae uolucres quae rapta ferebant.“  
 18 his dictis sat uera quidem, sed dura loquendo  
 1240 19 mactandum duro testatur mox fore ferro  
 auulsumque caput figendum in stipite celso,  
 quod uolucres toruo discerpant protinus ore.

1216 ocula *G* 1220 nexu *Arcualus* pendit *A* 1221 tres *G*  
 1222 racemu *G* 1223 pocula *G* bibit *A* 1224 praessit *G* 1225 prompta *A*  
 1226 tum] tantum *G* 1229 pocula *G* 1230 dicit *A* dixit *G* 1231 sumta *A*  
 1233 aebræa *G* ebræa *A* uinditus *G* 1237 laudo *G* inpleta] *G*  
 1239 loquentem *A* loquente *G* corr. *p* 1241 in stipite] in om. *G*  
 1242 turuo *A* curuo *G*

	20	conplentur cuncta, iuuenis quae dixerat, et mox	—
	21 22	redditus ille loco, caesus hic corpore trunco est.	1187
1245 41	1	interea geminos iam tempora lapsa per annos rursus ad eos torquebant sidera cursus, somnia cum ductor uidit Niloticus ista:	1190
		namque uidebatur, fluuium dum spectat amoenum,	
1250	2	corporibus nitidis septem spectare iuuenas, tondentes uiridis pubentia gramina ripis;	
	3	his alias turpes macie subiungere gressus dumque suis pigrae (mirum!) uix ossibus haerent.	1195
	4	eximias patulo sorbebant ore iuuenas.	
1255	5	somnia iunguntur paribus non dissona causis; ecce uidet spicas fecundo e germine septem,	
	6	atque alias tenues et farris semine cassas (horrendum dictu!) grauidas ceu mandere fruges.	1200
	8	id uisum maestus nequaquam mente coerchet. sed trepidus cunctos, qui callent, adfore iussit disquirens, clausis quae sit sententia rebus.	
1260		atque ubi consultus tacuit Memphiticus augur,	
	9	carcere qui dudum laxatus uina praebabat, eloquitur iuuenis sese pandente Iosepo	1205
	13	amisso rediisse loco sociumque necatum.	
1265	14	mittuntur propere, uatem qui crimine toto exutum turpi celeres de fornice tollant informesque genas et crines carcere pastos tondentes prisca facerent reuirescere forma.	1210
	25	ergo probus dictis consultus talia reddit	
1270	26	atque docet uaccas annorum nuntias esse,	
	27	atque leues spicas septenos disserit orbis. namque ita digestis uentura insignia formis,	1215

*u.* 1243 *adest AG, neglexit Martenius* 1245 iam] in *A* 1247 uidit *om. spatio uacuo relicto A* niloticus *A* 1250 tondentes: *o ex u corr. G* uiridis *A* uiridi *G* pupentia *G* ripis *A* ripa *G* 1251 macies *G* 1257 grauidas *A* 1258 coerchet *G*<sup>1</sup> coerchet *G*<sup>2</sup> 1261 memphiticus *G* 1262 praebabat *G*<sup>1</sup> 1265 toto *G* tanto *A* 1266 celeris *G* 1267 genes *A* carpere pastus *A* 1268 reuirescere *G* 1272 de gestis *AG corr. Areualus* insignia *G*

- 29 ut septem fecunda satis sit terra per annos,  
 30 atque famem diram parili cum tempore signat,  
 1275 quis penitus tellus sitientibus arida uenis  
 pallida puluereo consumat gramina sulco.  
 32 nam quae duplicibus iunguntur somnia uisis,  
 certa deus iuncto mandat constare tonante.  
 33 „Quin potius dum tempus adest, dum cura medendi est,  
 1280 elige de cunctis procerem, qui praescius horum  
 34 iudicibus positis totam sublimis Aegyptum  
 temperet et quintas quacumque ex messe reposcat,  
 35 ut quae prima datur fecundis copia terris.  
 36 sustineat steriles consumptis frugibus annos.“  
 1285 37 accipitur plausu procerum sententia uatis.  
 39 ipse etiam tandem sedato pectore rector  
 uera renarrantem celso sublimat honore  
 41 praefectumque iubet totas se ferre per urbes.  
 42 inde anulo digitum uatis fulgente coronat,  
 1290 byssina mox croceo circumdat pallia peplo,  
 flexilis induitur per collum circulus auri  
 43 atque nouus rector curru sublimior extat  
 clamorosusque praeco terrorem iudicis auget.  
 45 quin etiam legitur coniunx, cui nomen Asennes,  
 1295 quam genuit claro Petaphras <de> stemmate uates,  
 50 ex qua confestim genitor fit pignore bino.  
 51 52 dicitur anterior Manasses, iunior Ephrem.  
 47 exigit <hinc> uates suggestu nobilis alto,

1290] Mico : Bissina—peplo. Prosper.

1274 signat *A* gignat *G* 1275 paenitus *G* setientibus *G* 1276 gramine *G* 1277 namquae *A* namque *G* 1278 iuncto *G* cuncto *A*  
 1280 elege *A* 1281 egyptum *A* 1282 quintos *A* 1283 utque *A*  
 datus *A* 1284 sustineat *A* ius teneat *G* steriles *G* consumptis *A*  
 1290 bissina *AG* Mico 1292 exstat *A* 1293 preco *A* 1294 legitur  
*om. nulla lacuna A* coniux *AG* 1295 petafra *AG* de *add. p om. AG*  
 uatis *G* fratris *A* 1297 manases *G* effrem *A* 1298 exigit *cum spatio*  
*duarum litt. uacuo A* exigit *G* hinc *add. p om. AG* uatis *AG*

- 1300           quidquid uix potuit ieiunum adsumere tempus,  
horrea plena tenens, ut cum res posceret uti,  
proferret cunctis poscentibus abdita farra.
- 54 post ubi dira fames totum diffusa per orbem           1245  
cogebat trepidos, poterat quod mandier, esse,
- 55 conclamat populus regemque efflagitat escas.
- 1305           ille iubet procerem maestis dare farra Iosepum
- 56 57 parentem monitis: cunctos qui expleuit ouantes.
- 42           Interea Iacobus, fletu iam funere nati,           1250
- 3 bis quinos iuuenes numero e germine mittit,  
qui longinqua <sibi> pretio frumenta pararent:
- 1310           4 ac minimum cunctis Beniaminum non sinit ire,  
inualidus durum nequeat ne ferre laborem.
- 5 atque ubi iam Phariae peruentum ad moenia  
terrae est,           1255
- 6 submissi petiere solum fratremque salutant,  
mirantes celsa sublimem sede sedentem,
- 1315           8 nec tamen agnoscunt longo post tempore uisum.
- 7 quos ubi perspexit memori cum mente propheta,  
increpat et multa proterret uoce pauentes,           1260
- 9 scitatum uenisse ferens, quae copia frugum  
quique uiri pingues teneant moderamine terras.
- 1320           11 adlegant nescire dolos seseque fatentur
- 13 bis senos quondam fratres genitore sub uno  
conspiciam tenuisse domum; his omnibus unum           1265  
postremum natu patrios seruare labores,  
ast alium celebri iam pridem defore leto.
- 1325           10 se diram uitare famem terramque Chanannam

1299 quicquid *A* adsumere *AG* „forte absumere, sed uidetur deesse aliquis uersus ad sententiam exprimendam“. *Areualus* 1300 ut tum reposceret *AG* corr. *Martenius* 1302 famis *AG* 1306 qui *Mayor* que *AG* 1307 iacob *A* fletu *G* 1309 sibi *Martenius*, om. spatium trium uel quattuor litt. uacuo relicto *A* nulla lacuna *G* praetio *G* 1310 ac] at *Martenius* benaminum *G* 1312 fariae *AG* 1314 sublimem *A* sublimem *G* 1316 profeta *G* 1319 quine *G* modoramine *G* 1321 genitore *G* 1322 his] ex his *susp.* *Areualus* 1324 celebri *G* celeri *A* laeto *A* 1325 se] sed *A* channanam *G*

- exosos, tenui damnantem semina fetu,  
 poscere uenales species licitataque farra. 1  
 16 eloquitur uates, rectoris nomine iurans  
 15 claudendos dura iuuenes custodia, donec  
 1330 germanum exhibeant, genitor quem mitis habebat.  
 17 nectuntur trina pariter sub cura tuentum  
 18 19 laxatique dehinc unum liquere tenendum.  
 21 nec minus occulto rumpentes corda dolore  
 commemorant, quam iusta sibi discrimina surgant,  
 1335 quod fratrem inmeritum uetito transcribere pacto  
 conisi sero poenas sub iudice pendant.  
 22 ingrauat haec dictis Rubenus uera renarrans,  
 ac scelus inmensum sese nolente peractum.  
 24 flectitur his uates germana et iurgia noscens  
 1340 luminibus tacitis conuersus flebile plangit.  
 25 haec inter media fratrum Symeona corona  
 accipitur. fidus cunctis obeuntibus obses.  
 26 tum petita sibi iuuenes frumenta capessunt  
 inuentoque graues urgentur pondere muli.  
 1345 27 iamque uiae medio. dum soluit uincola sacci,  
 fratribus inuentos quidam dat uisere nummos.  
 id cuncti faciunt, pretio mox deinde reperto  
 mirantes summo procerem certamine laudant.  
 29 iamque adeo patriae subeuntes limina sedis  
 1350 gratatur reduces genitor unumque requirit.  
 omnia cognoscens nummosque et dona capessit,

1326 exosus *A* post *h. u. spatium trium uel quattuor litt. uacuum A*  
 fetu *p* fotu *G* fatu *A* 1328 uatis *G* 1329 duro *A* 1330 genitor *G*  
 1332 tenendum] tuendum *A* 1334 surgunt *G* 1335 inmeritum] *A*  
 uetito] uendito *A* transscribere *A* pacto *A* pace *G* 1336 post conisi  
*spatium uacuum sex litt. A* 1337 ingrabat *A* 1338 ac *A* a *G* nol-  
 lente *G* 1339 uatis *AG* 1340 fleuille planget *G* 1341 symeona  
 (e *ex i corr.*) *G* simoena *A* 1342 obeuntibus *A* rediuntibus *G* 1343 ca-  
 pissunt *AG* 1344 inuento *A* imento *G* immenso *Martenius* 1347 precio *G*  
 praetio *A* 1348 summo *A* suumó *G* procerem *A* procere *G* 1349 limina]  
 lumina *A* 1350 requiret *G* 1351 capissit *A* capisset *G*

	36 conquestus grauitur alium iam defore natum.	1295
(43 2)	accisi cum deinde cibi aduetaque farra cogebant rursus pretiis alimenta parare ;	
1355	sed reuocare gradum Memphis mens non erat ulli, ni minimum fratrem secum pater ire iuberet.	
	37 quem cum plura gemens nollet dimittere quoquam, Rubenus fido germanum postulat ore, securus gemina committens pignora patri.	1300
1360 43 3 5	prosequitur Iudas sese nec posse reuerti proclamat, rigidi testatus uerba Iosepi.	
	11 haec ubi grandaeuus genitor iam mitior hausit,	1305
13 14	dat iuuenem, largo perfundens flumine uultum.	
15 11	illi abeunt secumque uehunt leue olentia tura,	
1365	incensum et guttam iungentes cum terebintho, inter odoratos portantes mella uapores,	
	12 et geminum pretium, consertus ne foret error, condita quod clausis fuerant nomismata saccis.	1310
1370	16 quos ubi conspicua uidit Iosepus in aula, imperat, ut laeta celebrent conuiuia secum.	
	18 mussantes uenere tamen trepidoque reatu coniciunt sese structa cum fraude uocatos,	1315
19-22	quod numerata prius sestertia dataque uati sarcinulis inposta suis non reddere quissent, se tamen exsortes furtorum cuncta referre, nec consuesse prius subpressa uiuere gaza.	
1375	23 talia dicentes cohibet sermone minister seque docet nullis fraudatum noscere nummis : uerum siqua uiris donarint commoda lucrum,	1320

1352 conquaestus *G* 1353 accissi *A* adfecta *A* 1354 praeciis  
(t *al. ss.*) *G* 1355 memfis *AG an* Memphim? illi *G* 1360 sese  
nec *G* se nec non *A* 1361 taestatus *G* testatur *A* iosepi *AG* 1362 Haec  
ubi *A* Vbi (Haec *om.*) *G* grandaeuus *AG* 1364 leue] bene *Arcualus*  
1365 terebinto *A* terrebinto *G* 1367 praetium *G* horror *G* 1368 no-  
mismata *G* nummismata *A* 1370 laeti *Mayor* 1371 uenire *A* 1372 co-  
nitiunt *G* 1373 nomerata *G* sistertia *AG* 1374 inposita *AG* 1375 fur-  
torum *A* futurum *G* 1376 consuisse *A* suppraessa *G* 1379 donarent *G*

- 1380 nec sua, nec uatis, nec regis dicere quemquam.  
 occurrit cunctis Symeon seseque praesentat.  
 24 dumque uiris lymphas, dum praebet pabula mulis,  
 25 ingreditur multo stipatus milite uates,  
 26 cuius ad aspectum promunt pia munera fratres.
- 1385 27 ille ubi per cunctos placido sermone cucurrit,  
 perquirat, si firma pater uirtute ualeret.  
 28 quem postquam incolumem dixere et uiuere recte,  
 confirmat cohaerere deo pro munere uitae  
 Iosepus uatem semperque insistere rectis.
- 1390 29 et ueluti notus Beniaminus non foret ipsi,  
 consultat iuuenes et promptim noscitat; inde  
 commoda quaeque deum pueri pro laude precatur.  
 30 nec gemitus cohibere ualet nec sistere fletus,  
 sed tenero adfectu sese conclauibus abdit
- 1395 31 anxius et ninio quaerit fomenta dolori.  
 32 post ubi discubuit, uictum posuere ministri.  
 uescitur et facili prolectat pectora fatu  
 33 diuiduasque dapes uiritim exponere gaudens  
 porrigit et fratri maiorem dedicat uni.
- 1400 44 atque ubi iam saturis amor est compressus edendi,  
 1 ut prius inposito presserunt pondere mulos,  
 occulitur datum sueto iam more talentum  
 2 Iosepi imperio scyphusque absconditur ardens  
 in rebus, Beniamine, tuis pretiosior arte.
- 1405 4 iamque iter ingressi non multis milibus absunt,  
 cum subito incautos circumdat regia turma  
 5 comprehensosque tenet fulgentia pocula poscens:

1381 symeon *AG* 1382 lymfas *AG* 1383 multos *G* uatis *G* iosep *A*  
 1387 incolomem *A* incolumen *G*? 1388 confirma *A* coherere *AG*  
 1390 uelut in *G* 1391 prumptim *A* promptim *G* 1392 praecatur *G*  
 1394 affectu *A* 1397 uestitur *G* fatu *A* fato *G* suco *Martenius coni.*  
 1398 gaudens *A* gaudit *G* 1399 maiorem *A* maiori *G* maiores *Mayor*  
 1400 est *om. A* compressus] *A* compraessos *G* 1401 praesserunt *G*  
 1402 occuletur *G*<sup>1</sup> batum *G* 1403 iosepi *A* iosipi *G* scyfus *G* scifus *A*  
 1404 beniamin & tuis *A* benamine tuis *G* praetiosior *G* árte (*marg. ánte*) *A*  
 1406 sobito *G* turba *Areualus* 1407 comprehensos *A* compraehensos *G*





- educens iuvenes patrio moderamine quinque  
 27 septies et denos, Genesis ut formula cauit. 1  
 28 ac dum festino properant conamine turbae,  
 procurrit Iudas et fratrum praeuolat agmen  
 1440 Iosepumque docet haut longe abstare parentem.  
 29 ille alacris scandit currus atque obuius exit,  
 optatam excipiens uiso genitore phalangem.  
 47 1 regrediturque citus regisque excurrit ad aulam,  
 pastores properare ferens, ut turba carorum  
 1445 discretis degat fecundo in gramine terris.  
 6 ipse etiam uati rector Memphiticus instat  
 11 et iubet uberibus fratres componere in aruis.  
 7 longaeuus post ista senex poscente tyranno  
 9 eloquitur sensim, quantis sit praeditus annis,  
 1450 (4) quae domus et quae sit ueniendi causa Canopum.  
 10 eximiumque ducem multa cum laude decorat.  
 12 nec minus interea Iosepus munera mittit  
 digna suis magnumque duci dat ferre talentum,  
 14 quo ditata fuit distractis frugibus aula.  
 1455 15 atque ubi iam populis derant mercantibus aera,  
 16 certatim exhibitis gregibus Memphitica turba  
 emit inops fruges, pretium taxante Iosepo.  
 19 his quoque nudati seque et sua praedia tradunt,  
 semine percepto, messes quo deinde uirerent.  
 1460 22 sola sacerdotum non est possessio dempta,  
 quis gratuita duci placuit, non uendere farra.  
 24 inditur hinc populo quintarum pensio frugum,

1436 patria *Martenius* modoramine *G* 1438 festino properant]  
 festinant *A* 1440 haut *AG* adstare *Martenius* 1441 exiit *G*  
 1442 obtatum *A* falangem *G* 1443 Ingreditur *A* Regreditur *G* regis-  
 que] que *om. A* 1444 propera ferens *G* 1446 memfiticus *AG*  
 1447 componere in *A* conponeret (in *om.*) *G* 1448 longeuus *AG* senes *G*  
 1449 elonquitur *A* 1451 ducem *Martenius* docem *G* docet *A* 1455 ubi *A*  
 ibi *G* derant *G* deerant *A* 1456 memfítica *AG* 1457 praetium *G*  
 1458 nudatis aequae *A* 1459 pcepto *A* praecepto *G* quo *p* quod *AG*  
 1461 duci placuit] duplicauit *A* uindere *G*



- 1490        fratribus innocuis. ueterem dum negligit iram.  
 25 ipse etiam postquam iam centum triuerat annos  
       atque decem, iuncti metitus tempora leti        1  
 28 fratribus effatur, uenturus quis foret ordo.  
       quo reuocare gradum ualeant et linquere Nilum:  
 1495    24 dummodo compositos cineres atque ossa reportent  
       et reuehant secum ueterum condenda sepulchris.  
 25 sic demum longae post tempora candida uitae        1  
       decessit petiitque deum corpusque reliquit.

1490 negligit *G* 1492 decim *A* mentitus *A* loeti *A* 1493 effatur *A*  
 affatur *G* quis *A* qui *G* 1494 liquere *A* 1495 compositos] *A*  
 1496 reuehant] uehant *G* secum ueterum condenda *G* ueterum commenda-  
 danda (secum *om.*) *A* (*natum illud sine dubio ex his: ueterum secum*  
*mandanda*) 1497 longe *AG* 1498 reliquid *A* XXIII *in marg. al. n. A*

EXPLICIT METRVM CIPRIANI SVPER LIBRVM ·GENE-  
 SIS · ☉ — ☉ — ☉ — *A*

FINIT GENESIS *G*

EXPLICIT LIBER , GENESIS :— | INCIPIT LIBER EXODUS *C*  
 (*post. n. 1183*)

# EXODVS.

1	Interea varios agitant dum tempora cursus	Pitra 55
7	et noua succiduo surgit de germine proles, Iosepique obeunt nati prolesque sequentum,	
8	diuersosque nouat tellus Memphitica reges.	
5	notio cuncta perit nec uatum nomina prosunt eximie dilecta prius. sed munere sancti	60
7	tutantis populum domini numerosa creantur corpora et immensa densentur nube phalanges. quae metuenda sibi postquam rex uidit Aegypti,	
10	talibus affatur socios, dum permouet ira:	
9	„En pubes captiua prius contentaque uictu, porrexit quem parca manus, <en> longa cohortes iam legione ciet et solis non tumet armis, pugnaci uirtute prior, uultusque minaces	65
15	10 et subiecta gerit. quid, si nunc tela capessit hostibus aut societ sese. qua mole duelli Aegyptus uastata cadet quantasque ruinas sublimes facient conuulsis moenibus urbes?	70
20	11 quin potius dura frangantur sorte laborum immensasque leuent substructis molibus arces, ne redeat uacuis spes libertatis amissae.“ haec ubi dicta, uiros sollertes praeficit illis, ut muros turresque nouent portasque minaces conisi caelo iungant. quis casibus acti	75

2 prolis A    3 prolis A    sequentem A corr. π    4 memfatica A    1—293 A  
6 eximiae delicta A corr. p, eximia deleta π    7 innumerosa A corr. p  
8 densantur π    10 effatur (in marg. affatur) A    12 manus longa A  
en add. p sibi add. π    16 qua π quam A    18 faciunt A corr. π  
20 substrictis A corr. π    22 solertes A

- 25 oppida sudato condunt nonnulla labore,  
 Ramassum. Pythona dehinc, et nomine Solis  
 12 Etonum insignem. sed mirum, quo mage tristi  
 laborum sub fasce fuit, hoc cuncta iuuentus  
 fortior emicuit, ueluti feriata maneret.
- 30 13 terretur magis atque magis rex toruus Aegypti  
 exitioque uouet nondum sua iussa timentes,  
 16 praecipiens mais, pariant cum germina fetae,  
 extinguant perdantque mares, nec poena referret  
 ad maritas, si iuratae despecta relinquant:
- 35 15 quarum Phua fuit socia cum Sephora dicta.  
 17 quae terrore dei timida inter corda locato  
 18 ductoris tempore minas atque, adfore iussae,  
 19 Hebraeas nullo dicunt solamine fultas  
 maturos propere consuesse effundere fetus.
- 40 20 quae propter domini meruerunt dicta fauorem,  
 21 consuetis sese gaudentes condere tectis,  
 dum dominum toto laudantes corde uerentur.  
 22 Vertitur imperium proceris populisque monetur  
 progenitos Nili pueros mersare fluento.
- 45 2 paret turba duci nascentes flumine mergens.  
 1 quos inter motus Leuites coniuge ducta  
 2 progenerat pulchro candentem corpore natum  
 conspicuisque genis, magnaue extinguere uitat  
 futurum cum forma uirum, ne forte necetur,  
 50 occultumque fouet iam trinis mensibus actis.  
 3 sed metuens poenam, ne fraus admissa pateret,  
 expositum mittit tristis, quo rauca fluenta  
 in pronum deferre queunt, cum remige carent.

29] Mico: Ferita. Fortior—maneret.

28 fuit] an ruit? 29 enituit *Miconis liber deterior* feriata p ferita A  
*Mico* ferrata π 31 fouet A corr. p 32 mais p manibus A 33 referre A  
 an recurrat? 34 admaritas A admeritas π iuratae p (sc. obstetrices)  
 iura A iussa π iura ducis *Mayor* 35 Phua p fuca A sefora A 37 marg.  
 sin. × A temsere A 38 aebraeas A 39 foetus A 44 nilo-fluenti A  
 corr. p 45 parit A corr. π 46 leuitis A corr. p 52 inpositum A corr. p

- 4 hunc germana procul uisu custodit acuto,  
 55 quantum acie possunt oculi seruare sequentes,  
 ut casum expositi possit narrare parenti. 110
- 5 sed tum, plausibiles dum captat laeta natatus,  
 pedisequis comitata suis se filia regis  
 flumine tinguebat placido corpusque lauabat.
- 60 adspicit haec modicam tumida super aequora lintrem  
 cupitamque iubet praedam deferre ministras. 115
- 6 illae alacres, ut laeta subest pubentibus aetas,  
 inpositum cymbae referunt coramque locantes  
 materno efficiunt sensu gaudere puellam.
- 65 quae cupiens seruare sibi tam dulcia formae  
 gaudia et eximiae praestantem frontis honorem 120
- 7 Hebraea de plebe palam, quae conforet altrix,  
 imperat acciri, puerique haec cura sorori
- 8 inditur. illa uocat nulla iam fraude parentem
- 70 9 sollicitam, cui nata ducis sua pignora laetae  
 redderet, adposito nutricis nomine matri. 125
- adcreuit raptimque puer prorepsit ad annos,  
 primaueo qui flore uirent, et deditus aulae  
 pignore pro uero natae Pharaonis habetur,
- 75 10 accipit et nomen Musseos, quod foret undis  
 exemptus querulis, modico fluitante faselo. 130
- 11 ille autem ingenii monitus cordisque secutus  
 cognatam lustrare parat circum oppida gentem,  
 quae duro praesente iugo se maesta coquebat.
- 80 forte uiae medio Pharia de plebe tuetur  
 clamosa cum uoce uirum multare gementem 135
- Hebraeum quendam, sortemque exosus iniquam.
- 12 omnia conlustrat nullumque hic adfore cernens,  
 qui testis conperta loco depromere possit,

60 adspicit haec  $\pi$  . . . p . . . aec (*cetera interiorunt scissura*) *A*  
 67 aebraea *A* quae  $\pi$  q: *A* 70 cui  $\pi$  cum *A* 73 qui  $\pi$  q: *A* deditur *A*  
*corr.*  $\pi$  74 faraonis *A* 76 quaerulis *A* facelo *A* *corr.*  $\pi$  77 autem  $\pi$   
 aut *A* 80 faria *A* 82 aebraeum quem sortem . . . . . exosus *A* *corr.* p  
 iniquum *A* *corr.*  $\pi$

- 85 calce ferit fusumque ingesta condit harena.  
 13 inde alios Iudaea uidet de gente minantes  
 iurgantesque uiros ac, dum se sedulus offert  
 infirmamque iuuat partem pacemque reducit,  
 14 excipit irato missas de pectore uoces:  
 90 „Quid celsa ceruice tumes, ceu principis alti  
 sceptras regas scriptaeque fremant, te praesule, leges?  
 aut fortasse paras subito me perdere leto,  
 ut Pharium hesterna iuuenem sub luce necasti?“  
 15 haec fuerant ut dicta, ducis deportat ad aures  
 95 fama loquax, uatemque fugat rex feruidus ira.  
 ille solum uertens puteum peruenit ad altum,  
 16 Madia quem tellus habet, qua sede sacerdos  
 Iothorus degens natarum germina septem  
 ediderat densaque domum de stirpe replebat.  
 100 haec molles commissa sibi cum cura bidentes  
 seruabant lymphasque cauo de fonte trahebant;  
 17 infirmam sed forte manum sexumque pauentem  
 pastores trusere procul, quas sistere contra  
 nequaquam audentes promptasue opponere palmas  
 105 uindicat et riguas Moses adiungit ad undas  
 expletasque fouet pecudes tectisque remittit.  
 18 puellae genitore satis mirante reuersae  
 anterius solito promptimque ad iussa locutae  
 20 accitum iuuenem paterna ad limina ducunt.  
 110 21 qui procera uiri metitus lumine membra  
 maioremque animum forma coniungere natae  
 gaudet et eximia cernit de stirpe nepotes.  
 22 Sephora nam propero Gersamum sedula partu  
 progenerat fratremque dehinc Eleazaron edit.  
 115 Gersamus. externa signat regione creatum  
 ereptumque ducis rigidi Eleazarus irae.

85 arena A 90 tumis A 92 laeto A 93 farium A 94 fuerunt π  
 96 solus A corr. π 97 media A Madiana π 100 commissas sibi A corr. p  
 sibi commissas π 101 lymfas A 103 quas π qua A 108 prumptin A  
 109 marg. dextr. × A 113 sefora A partum A corr. π

- 23 haec inter dux morte cadit captiuaque pubes  
 pressa malis dominum multis plangoribus egit  
 intuitus conferre pios plebemque tueri:
- 120 24 dum memor in saeculum secum sua dona reuolui  
 iam dudum promissa bonis, quae tempore coept 175  
 audierat uentura suis Abramus et una  
 Isacus lectusque dehinc ad sancta Iacobus.
- 25 iamque deum mitem tutelam fundere caelo  
 125 gens oppressa uidet, dum pacem poscit ab altis.
- 3 1 Ac dum lanigeras soceri per rura bidentes 180  
 Moses solus agit, sacrati ad culmina collis  
 deuenit, Hebraea quem dicit lingua Chorebum.
- 2 in quo conspicua flammaram lampade cernit  
 130 procuruam fulgere rubum neque ignibus uri.
- 3 permotus nouitate rei disquirere gaudet, 185  
 fomite quo tandem tam clara incendia surgant.
- 4 dumque pauens tacite se iam iam conminus offert,  
 inclita siderei prohibetur uoce tonantis
- 135 5 incessu properare cito; sed sistere gressum  
 et tegumenta pedum geminis mox demere plantis 190  
 cogitur: et paret sacratae ob culmina terrae.
- 6 mox timor ingreditur sensus lumenque caligat  
 lumine de nimio, dominum quia cernere non est
- 140 fas cuiquam, uultumque simul atque ora retorquet.
- 7 tum uox missa sonat, qua se rex inclitus infit 195  
 esse deum procerum, dudum quos diximus esse  
 credentum uitaeque duces. tum talia subdit:  
 „Iam conperta mihi totoque <et> lumine uisa

129 sq.] Alcuini epist. 252 (Monumenta Alcuiniana p. 802): Legitur enim in metro quod in eptatheco conscribitur, huius modi uersus: In quo conspicua — ignibus uri.

117 pubis *A* 121 cepto *A* 124 tutela infundere *A* corr.  $\pi$  (*Mayor*)  
 125 uidit *A* corr.  $\pi$  128 ebraea *A* corebum *A* 130 rubrum *A* rubum  
*Alcuinus* 133 se iamiam *p* se iam *A* sese iam  $\pi$  135 sed  $\pi$  se *A*  
 138 marg. *sinist.*  $\times$  *A* 141 se rex *KBecker* senix *A* 144 et *add. p*  
*om. A* lumina *A* corr.  $\pi$



- 145 plebis uota meae, uastis quae molibus urbes  
extruit et duris operum sudoribus acta  
Aegypti sublimat opes et non sua regna;  
seruili dum mente pauet, crebroque dolore  
angitur, arbitrio dudum subiecta nocentum.
- 150 8 atque ideo huc ueni celso degressus olympo,  
ut tuear tollamque meos de sede Canopi,  
magnarum largitor opum terraeque feracis,  
quam nunc multimodis opimam frugibus audax  
Channanaeus habet Cethaeo et iunctus Amorreus,  
155 Pherezaea manu Gergessorumque sequente,  
quamque simul Iebusa colit Euaeaeque pubes.  
dulcibus hic scatebris opimo e flumine mella  
albenti cum lacte fluunt; haec dona daturus
- 10 electis te pono ducem, te pergere mando
- 160 regis ad optutus, ut quae sunt iussa renarres.  
12 ac ne, praetrepidus coepto, infirmere sub actu,  
tecum semper ero. qui libertate reuersa  
hoc in colle mihi sensu pareatis ouanti.“
- 13 Haec ubi detonuit dominus, fiducia uatem
- 165 parua tenet primum, mox nomen quaerit aeternum  
quod habeat dominus, ut signum Iudaea noscat
- 14 principis inpositi. saluator talia iungit:  
„Ille ego sum qui sum, sic dices, et super <astra>
- 15 qui uiget, estque deus uestrorum a stirpe parentum:
- 170 immensus ubicumque deus gentesque per omnes,  
uiuorum per saecula sator non luce carentum.
- 16 hoc mihi nomen inest, senibus hoc fare coactis;
- 18 qui tum pacificas dimittant dicta per aures.  
ingressique simul regis Pharaonis in aulam

146 exstruit *A* 150 olimpo *A* 151 tuerer *A* corr. π 153 marg.  
*sinist.* × *A* 154 *sinist.* × *A* channaneus *A* cetheo *A* 155 ferezea *A*  
156 euea *A* pubis *A* 160 optatus *A* obtutus π 161 coepto infirmere *p*  
cepta referam *A* 166 quod *p* quid *A* 168 astra *p* a... (*abscissa*  
*cetera*) *A* 171 saecula *A* corr. π 172 sensibus *A* corr. π hoc facere *A*  
corr. *p* 173 dimittunt *A* corr. π 174 faraonis *A*



175	Israhelitarum dominum iussisse superne dicatis, ut trina die deserta per arua incedat Iudaea phalanx et munera sancto immolet apta deo ritumque obseruet aurorum.	290
180	19 namque meam plebem tumidus laxare tyrannus 20 post cladem pestemque uolet, quae crebra profundo mittatur caelo, multis uariata periclis. 21 quin etiam fuerit cum facta licentia uobis, 22 ut iussum carpatis iter, tum femina poscat uicinam notamue sibi, quae diuite censu	285
185	Aegyptus nunc mollis habet, petitaque sumat, ut legio informes heremi ducenda per agros nobilibus spoliis uacuatam linquat Aegyptum."	240
4	1 Post haec signa petit uates, quae forte labantes confirmare queant animos, si lumine cerni non credant potuisse deum tam candida fantem.	
190	3 praecipitur lentam propere dimittere uirgam et laxare manu; quam postquam terra recepit, spumeus in spiram tractu se colligit anguis 4 terrorem incutiens proceri; quem prendere cauda iussus in antiquam redigit reuocatque figuram.	245
195	6 inde manum sinibus condens candore niuali 7 protulit, atque iterum tectam deprompsit: et olli in speciem reuoluta suam. tum deinde monetur, 9 haec si parua forent, sumptam de flumine lympham fundere et albam rubro mutare cruore.	250
200	10 nec minus obniti uates tenuemque loquellam dicere, et obstrictam nodis uix promere uocem, quod cordis secreta uelent; nil denique dignum esse sibi, quod mens hominum subnixa sequatur.	255
205	11 arguitur nullum, domino nisi dante, politis sensibus effari, nec longa silentia mutos	260

176 dictis *A corr. p* 178 *margin. sin. X A* 180 pestem *p uastem A*  
184 diuitiae censum *A corr. π* 188 uatis *A* 191 faraon *A* 197 tec-  
tum *A corr. π* 199 limfam *A* 201 uatis *A* 202 obstrictum *A corr. π*  
203 uelent *p (an leuet?) uellint A* 205 *dextr. X A* 206 mutis *A corr. p*

- rumpere, ni dominus laxaret uincula linguae;  
tempora qui reserat surdis. qui lumina caecis,  
uidentumque aciem qui pura luce serenat.
- 210 12 „Vade, ait, et plena confisus fare loquella,  
nobilis eloquio sensuque ad uerba rotundo.“  
13 sed dum saepe deum poscit aliumque precatur  
14 substitui subdique /sibi). commouit in iram  
insignem pietate deum, qui concitus infit:
- 215 „Germanus est ecce tuus limata facundus  
ora gerens notusque mihi. Leuita creatus  
ille tribu, certo quem dicunt nomine Aronem.“  
18 Illicet abscedit uates soceroque fatetur  
sese reuersurum fratresque inuisere uelle
- 220 Iudaea de gente satus. hic flectitur ille  
et salua pietate iubet discedere laetum.  
20 ille alacris secum natis et coniuge sumpta  
mandatum praecepit iter; fessusque uiando  
24 dum refouet uires, gelida declinis in umbra,  
angelus ecce uenit domini mortemque minatur.
- 225 25 Sephora sed silicem di; itis rimatur acutam  
praeputiumque secat teneri mox sedula nati;  
cumque pedes coram sancti se prona dedisset:  
„Sistatur cruor iste, canit, de uulnere parui.“
- 230 26 cuius ad eloquium sanctus discessit ad astra.  
27 iamque inopis heremi uates calcabat harenas,  
cum subito imperio domini mandantis Aronus  
sacratum ad montem fraterno occurrit honori  
coniunctique simul gaudentes basia figunt;
- 235 28 alternasque iuuat mentes sermone sequaci  
pandere quemque sibi, quae sint facienda uel acta.

208 sordis *A* 209 uidentumque *p* que *om. A* aciem qui pura *p*  
acio . . . . pura (*librarius pro e littera quam legere non posset arculum*  
*posuit, cetera quae essent obscura spatio uacuo significauit*) *A* 213 sibi  
*add. p, om. A* ducem *add. π* 215 *dextr. × A* 218 uatis *A*  
220 satis *A* *corr. p* 223 fessu *A*<sup>1</sup> fessu *A*<sup>2</sup> 226 sefora *A* 227 secat  
*om. A*<sup>1</sup> *ss. A*<sup>2</sup> 231 inopes *Mayor* uatis *A* arenas *A*

		ilicet eloquio domini coniungit uterque	
	29	sinceram firmamque fidem, pariterque uadentes accitis dicunt senibus, sententia quae sit	
240	30	mandatumque dei; signisque ex ordine factis	
	31	credidit optatam populus remeasse medellam, et genua inflectens dominum subnixus adorat.	295
	5	1 pergitur ad regem, caeco nil corde uidentem 2 credentemue deo, quem notum non fere dixit	
245		esse sibi, populum dura sub lege coercens	
	5	imperioque truci; dum crescit cura laborum et geminatur opus pondusque adiungitur ingens lateribus crudis, quos solis lampada tostata.	300
	7	quin etiam paleas rimosae ad uincula terrae madentisque luti solitas miscerier aufert, ut plebs fessa malis animos deponere mallet exiliumque pati. quae dum confecta maerore	305
250		14 uerberibus agitur duris, effudit in ipsos 20 iurgia pontifices, adflictam se fore clamans	
255	21	acre magis, postquam inmodicis sermonibus usi seruitium miserum pro libertate pararint.	310
	22	Haec ut dicta sibi domino suggestit aeterno mitificus uates, haec rursus uerba recepat:	
		* * *	
	7	1 „Ecce deum regis Pharaonis te fore iussi, germanumque tuum studio seruire prophetae	
260		2 et parere tibi. tu dices cognita fratri; ille canet regi, ut plebem emittere curet.“	315
	7	iamque pius uates bis quadraginta per annos pacificam uitam mortali in carne terebat.	
265	10 sqq.	hi dum sanctificis regem mollire loquellis percipiunt et signa nouant, nil lubricus anguis	320

239 *dextr.* × *A* 244 ue deo *p* iudeo *A* fere *p* fore *A* 245 esse *p*  
*sese A* 247 adiungiter *A* 252 merore *A* 254 pontificis *A* 255 acre *p*  
*(an atque?)* et se *A* ecce π 255 *sq.* usi-pararint *p* ausa-pararit *A* 258  
uatis *A* *post h. u. excidit Exodi cap. VI* 259 faraonis *A* 262 canit *A*  
*corr.* π 263 uatis *A* 265 hi/ (*i eraso*) *A* 266 percipiunt *A* *corr.* *p*

- proiecta factus uirga, nil sanguine rubro  
mutati cogunt amnes, nil mobilis unda.  
piscibus extinctis tristi uitiata fetore,  
270 11 22 idcirco quoniam cantu succincta sinistro  
mens profana uirum paribus callebat in actis.  
8 7 quin etiam similes faciunt prorepere ranas  
qua tellus. qua fluctus erat, paribusque creantur  
magorum canore modis, quas uoce crepanti  
275 cuncta coaxantes studuit depellere uates.  
9 14 fluminibus tantum non passus defore suetas.  
oblatum id regi, si pestem euadere uellet  
orantis per uota senis, ut deinde liqueret  
non alium regnare deum: lux crastina caelo  
280 redditur atque eadem cunctae de morte necantur  
congestaeque simul odio soluntur acerbo.  
16 gignuntur scinifes propere per corpora cuncta  
quadripedum hominumque < simul > tellusque repletur.  
18 hoc etiam Chaldaea cohors molita fatetur  
285 19 esse manum domini. curamque omittit inanem.  
24 His actis cynomyia fluit, quae musca canina  
dicitur, et uatis compleuit nubibus omnes  
22 exspatiata locos solique haut cognita Gessae,  
quae tum terra fuit Iudaeae commoda genti,  
290 traxit inexhaustos, quacumque est acta, dolores.  
25 sqq. tum uero uictus Pharaon abscedere mandat,  
et quocumque uelint migrantes promere gressus,  
ac uotis seruire deo; pariterque precatur,

286] Exempla poetarum ed. H. Keil u. 196: His—dicitur. Mico: His—  
canina. Alchimus. Beda de orthogr. p. 6 G.: „Κυνομυία per y scripta  
caninam muscam significat“ etq.s.

268 motati *A* corr. π 269 extinctis *A* foetore *A* 275 uatis *A*  
282 *sin.* × *A* 283 quadripedum *A* simul *om.* *A* add. *p* 286 cynomyia *A*  
*Mico* cynomyia *exempla* 287 nubibus π 288 haut *p* aut *A* incog-  
nita π gerae *A* corr. π 290 inexhaustus *A* corr. π 292 mirantes *A*  
corr. *p* 298 praecatur *A*

	ut praesens nimiumque malum discedat ab aruis	
295	Aegypti tandemque deus clementior adsit.	
	31 nec mora: cum subiti mittuntur funera leti	850
	32 coniunctimque necant omnes. sed cornea fibra	
9	quae fuerat in rege, reedit: mox mittitur una	
	6 iumentis gregibusque lues mortisque sequentes,	
300	10 Iudaea perdente nihil. tum cassa fauilla	
	fornacis deprompta sinu uibratur in astra	855
	arentesque ciet papulas per membra uirorum	
	uesicasque cauas, nulloque exsorte relicto	
	omnimodis gregibus generant tormenta per agros.	
305	sed renouata mali facies instabat inerti	
	16 nequiquam regi, quo laus sublimior esset	860
	23 mutantis tot monstra dei: ecce inter et ignes,	
	fulgura quos iaciunt, et celsi murmura caeli	
	quae domino mandante crepant, decurrit ab astris	
310	grando minax passimque rotat frigentia tela,	
	25 quae densa de caute uolant, hominesque carentes	865
	tegmine tectorum conliso [et] corpore trudit	
	atque necat cunctumque pecus; et cortice rupto	
	debilitat siluas libroque extinguit arente,	
315	inuisitata prius saeculisque incognita priscais.	
	31 triticeas segetes nondum pubentibus herbis	870
	32 atque alicam modo strauit humi; nam cetera mersit,	
	quae conspersa solo nondum depromperat occa.	
	33 haec etiam amittit uires poscente propheta,	
320	perspicuo remeante die; quia pectore fracto	

ante 294 EXPLICIT LIBER | GENESIS :~ | INCIPIT LIBER EX-  
 ODUS :~ C 294 presens AC 296 loeti AC 297 coniunc-  
 tum A 299 luis AC 300 iudaea A iudeos C 301 farnacis C 294—1333  
 depmpta C asta C 302 pabulas AC corr. κ 303 sin. × A 304 ge-  
 nerant A 306 nequiquam C nequaquam A 307 ignis AC 308 ful-  
 gora A 'aciunt C 310 que om. A 311 dense C uolunt A 312 et AC  
 del. p 314 arenti C 315 saeculis C 316 segites A 317 halicam C  
 aliquam A modo strauit p monstrauit AC humi nã A huminã (h lit-  
 terae b similis) C et quae alicam monstrarunt, uimina cetera transit Mayor  
 319 ammittit A

- debilis orarat ductor, dum crimina pandit  
 ipse sua iustumque deum denarrat in altis.  
 10 ecce iterum insano rigidantur pectora sensu  
 uiuentis ad damna ducis peiora laturi,  
 325 7 nec sociis credit casum pereuntis Aegypti.  
 8 sed tamen inflexus modice largitur eundi  
 ius, uacuis rerum, uitae quas comparat usus.  
 9 non patitur uates censumque exostulat omnem  
 quadrupedumque greges; sed iusta oratio non est  
 330 11 auribus inuitis. haec propter pellitur extra,  
 13 fratre simul truso. tum uentus flamine multo  
 auster adest fuscaturque diem noctisque per umbram  
 inmodico glomerat uiridantes terga locustas,  
 15 quae, quidquid madidum suco per frondea tecta  
 335 reppererant, mandunt herbasque in caespite laetas.  
 19 haec deinde metu regis poscente necantur  
 congestaeque simul Rubra merguntur in unda.  
 24 haec ubi pro paruis toruus rex despuat ore,  
 22 nox omnes delapsa tenet uastaeque procellae  
 340 includunt cohibentque uiros, pariterque diebus  
 23 occulti mansere tribus nullusque propinquum  
 uidit et ex inopi potuit consurgere lecto,  
 cum Iudaea manus mundo frueretur aperto  
 nullis tacta malis. quin et cursantibus ipsis  
 345 innocui tacuere canes pressoque latratu  
 (11 7) intrepidi lambunt caudae de uerbere crura,  
 nonnumquam in dominos posita formidine saeui.  
 28 non tamen his damnis regis sententia cedit  
 increpataturque fremens uatem mortemque minatur,

323 rigidantur C ritantur A 324 dampna C laturus C 325 cassum C  
 pereuntia A 327 comparat] A 328 uatis AC 329 quadrupedum A  
 330 extra A 333 inmodicos C uiridantis A 334 quicquid C  
 335 caespite AC 338 dispuat AC corr. π 339 dilapsa C tenet A tegit C  
 340 cohibent C 342 sin. × A lecto C loeto A an tecto? 344 ipsi A  
 346 intrepidus C caude C cauda A 347 saeua A 348 dampnis C

350	27	quod pecora et totum uellet conuerrere censum.	
12	29	iamque deus piceo noctem fuscarat amictu, occultam meditans densa inter funera plagam, cum subita intereunt morte, quos partibus almae ediderant primis, modico discrimine leti,	405
355		ipsius <a> solio regis, cunctosque deinde quacumque de stirpe uiros pecudesque ferasque.	410
	30	ilicet, horrisonas uoces dolor excitat ingens, omnia tecta fremunt, resonant plangoribus urbes.	
	31	tum uero incumbunt omnes detrudere plebem,	
360		Iudaeum quae nomen habet, ceu causa malorum	
	32	illa foret meritis, censusque et cuncta supellex traditur et nullum putatur hinc fore dampnum: innumerique greges pecudum comitantur euntes. ergo abeunt ducente deo, qui praeuius ibat, contentisque uehunt umeris commercia uitae.	415
365			
	40	Iamque quater centum mundus consumpserat annos,	420
		atque quater denos pariter, si summa putetur temporis emensi, quo farris cura parandi Iacobus Pharias uenit mansurus ad urbes;	
370	41	his deus expletis tandem miseratus ab alto, sustulit indomito plebem laudabilis hosti.	425
	14	illa dies primo censetur munere paschae, sacrataeque deo ducuntur gaudia noctis, septenique dies, anno redeunte, beati	
375	16	otia lenta ferunt curaque omittitur omnis; nemo solum uertit curuique immunis aratri	430
	44	sopitur per festa labor seruique laetantur libertate pari omnisque est actio uitae	

350 censu *AC* corr. *p* 351 deus piceo] despiceo *A* 353 partibus *C*  
 354 aediderant *C* leti *C* loeti *A* 355 a solio *p* a om. *AC* 357 illicet *C*  
 358 texta *A* fremunt *C* clangoribus  $\pi$  360 iudeum *C* iudaeam *A*  
 quae]  $\cdot$ q. *C* 361 suppellex *C* suppellix *A* 362 f. reputatur dampnum *C*  
 363 pecudum *A* 365 humeris *AC* comercia *C* 369 farias *AC* 373 sa-  
 crata *C* 376 immunes *AC*



- 16 iungere corda deo stratisque incumbere lectis  
 380 8 et dubios inferre cibos, quos ditibus aruis  
 3 felix terra creat. agnusque adsumitur albens,  
 5 mensibus explicitis, bisseuos quos facit annus,  
 integer et toto grege mollior : hoc simul omnes  
 mandere lex adigit sanctaeque adponere mensae  
 385 7 ossibus intactis, cuiusque e sanguine postes  
 tingere mundificum tutamque acquirere uitam.  
 44 ius omnes commune tenet atque aere parati  
 et locare manus soliti praepudia ponunt  
 festiuosque cibos agni de uiscere sumunt.  
 390 4 nec quidquam superesse licet; si rara corona  
 omnia non carpsit, uicinum adiungere fas est.  
 15 fermento carent panes mollisque farina  
 fontibus admixtis tenues formatur in orbes,  
 azyma quos memorant patrio sermone loquentes.  
 395 (13 10) ista haec sacra fiunt cunctis redeuntibus annis.  
 14 17 quattuor atque decem postquam decurrere lucas  
 mense nouo cernunt homines ratione magistra.  
 11 sollicitaque sinus constringunt cura fluentes,  
 intenti, ceu signa canant bellumque geratur,  
 400 armataeque manus baculorum robora gestant.  
 22 insuper arripiunt pallentis gramen hysopi  
 deuotaque manu sacrato in sanguine mersant  
 excussumque procul foribus conspergere gaudent,  
 postibus ut caris concreseat nobilis unda,  
 405 quae uetat introitum temptantis sancta maligni.  
 13 iamque gradum ad quintum generis descenderat ordo,  
 cum, deserta petens, Rubrum ueniebat ad aequor

401] Mico : Insuper—isopi. Alchimus.

379 iunge C 381 assumitur C absumitur A 383 hoc] hunc C  
 384 adponere A exponere C 385 e] .æ. C 386 mundificum p magni-  
 ficum AC 387 om̄s C cōmune C 390 nequisquam C nequicquam A  
 corr. p 394 azima AC 400 bac. robura A bac. bacula C 401 gra-  
 mina C isopi A Mico esopy C inter 401 u. 402 legitur u. 409 ossa—  
 ore sed expunctus A 406 discenderat A

- 19 cara deo pubes bustisque exempta Iosepi  
ossa gerens, uero qui quondam dixerat ore  
410 serenos domini intuitus dextramque benignam 465  
uenturam caelo libertatemque laturam.
- 20 Sochetumque dehinc ueniunt Othumque relinquunt,  
21 ignotas monstrante uias per deuia Christo,  
qui cum mane nouo lucem pandebat ab astris,  
415 ante uolans niuea sulcabat sidera nube 470  
candentemque iubar fuscata per aethera solem  
nocte tegens, claro fulgebat crine cometae.
- 14 2 Pauleum deinde petunt, cui Magdola tellus  
iungitur obuerso confinis Bellisephoni.  
420 5 hic animum regis dominus formidine priuat, 475  
praetumidos acuens sensus mentemque ferocem;  
ut populum fugitare magis. quem miserat ipse,  
6 diceret atque suas acies in bella moueret  
praecipites, facili credens conamine iungi
- 425 3 posse uiros, quos error agat, quos deuia tardent. 480  
ergo alacris in bella ciet ceu parua phalanges  
7 ferratos agitans currus, quos axe uolante  
trinus miles agit, uolucrum dum surgit in hastam,  
nunc humilis, nunc uentosas sublimis in auras,  
430 terroris fraudisque capax, quia uerbere crebro 485  
pulsati sternunt acies, quae cominus obstant,  
cornipedes pulsumque rotis feruentibus addunt,  
incita quas uariis adsultibus ungula uersat.
- 9 iamque <iter> adcelerans procurua ad litora Rubri  
435 marmoris admorat socias in bella quadrigas, 490  
10 cum Iudaea manus confestim lumine uerso

408 exemta *A* iosephi *C* 410 dextreamque *A* 412 Othum *p* tho-  
stum *AC* 417 clari *C* 418 pauleum *AC* 419 obuerso *AC* obuersae π  
belliefoni *AC* 426 falanges *C* 427 uolanti *C* 428 hasta *C* haustum *A*  
431 pulsat iter nunc acies *A* cōminus *C* cominus *A* 434 iter *add. p*,  
*om. AC* accelerans *C* rubro *A* 435 atmorat *C* in|in τ *C* 436 iudea *C*  
iudaeo *A*

- respicit immensas acies camposque per omnes  
 ferratos lucere uiros, geminique timoris  
 mole pari saepta, dum pontum cernit et hostem  
 440 oppositum, duris in uatem uocibus usa  
 11 haec memorat: „Quae tanta fuit fiducia, ductor,  
 roboris insueti cognatam perdere plebem  
 ac deserta sequi Rubrumque opponere captis  
 oceanum? quid maesta quidem, sed tuta ferentes  
 445 pondera ab inuisa nequiquam tollere Aegypto?  
 12 nonne fuit satius tristes Pharaonis aerumnas  
 funestasque pati leges? non seruitus illa  
 libertate fuit melior, quae subdita fraudi  
 praeponit tolerata prius et dulcia ducit,  
 450 inuisitata sibi quotiens peiora sequuntur?  
 diximus hoc dudum, cum nos ad uota uocares  
 inmenso reddenda deo: stat tutius illic  
 uiuere consuetos seruitutemque molesti  
 sustentare iugi, quam nunc decumbere leto  
 455 squalentes inter campos terramque relictam,  
 dum trepido in casu pelago terremur et hoste.“  
 13 at uates nulla rerum formidine uictus  
 et potius uentura uidens haec disserit ore:  
 „Soluite mordaces curas animosque serenos  
 460 induite, o socii, rectoque aduertite uisu,  
 quanta salus uobis celsis referatur ab astris,  
 sublimes tribuente deo. quos agmine denso  
 cernitis instantes, post hanc inuisere lucem  
 haud licitum est uobis, quos mortis tempus adurget.  
 465 14 namque deus celsa bellator dextera pugnat  
 subiectosque regit, tacita dum stringitis ora.“  
 haec ubi disseruit prouectum dicta secuntur.

437 immensas] AC 439 septa AC cernit] et cerneret C 442 roboris A  
 443 hac C 445 aegypti A 446 satius A melius C faraonis A  
 erumnas A 449 tollerata A 450 quoties C sequuntur C 452 stat]  
 sedat A 454 lecto AC 457 uatis C 462 sublime A 464 haut A  
 adurget A 465 celsos A 467 prouectum A prouentum C sequuntur A

	19	ante uolans nam castra uirum sese angelus aufert pone locans, fuluaque dehinc posterga columna	
470	20	sistitur et medio discernit limite ualla castrorumque situm, noctemque infundit opacam candenti de sede deus bellumque frementes pax inopina fouet motusque eliminat omnes. o nimum felix, celsis cui misit ab astris	525
475	21	munimenta deus, candens cui militat aether et coniuratae ueniunt ad proelia noctes!	530
	21 16	hinc procerem mandata dei depromere uirgam protenta iussere manu Rubrumque superne despectare fretum. quod postquam rite peractum est,	
480		auster uentus adest, totis qui flatibus usus per tacitam noctem feruentes ebibit undas siccauitque fretum, medius ut trames apertus panderet inlaesum patefacto in aequore cursum, cum bibulas refugus nudasset pontus harenas.	535
485	22	ergo ubi festinum pelagus discesserat, illos curuata in montis faciem circumstetit unda accepitque sinu patulo misitque per altum.	540
	23	quod licitum credens Pharaon, dum cominus instat,	
	25	ingreditur calcatque salum; sed tarda repente plaustra gemunt totoque in terram pectore proni cornipedes genibus nequiquam pondera trudent. quae penitus uincto nequibant axe moueri. illicet exsanguis inmensaque compede uincti festinam temptare fugam rursusque reuerti	545

468 uirum] u ex o ? C sese] .ææ. C aufert AC offert π 469 que  
om. A 470 lumine A 472 de sede dē C desedens . . . . (spatio  
5—6 litt. uacuo) A 473 pax C nox A 476 et om. C plia C  
477 hinc] huc A uirgam p uirga AC 478 iusere A supernae AC  
479 desectare A fretum om. A paratum est A 481 ebibit] biberet A  
482 fretum] fluctum A medium ut tramis A 483 cursus A 484 arenas A  
485 discenderat A 486 montis] motibus A 487 accipit C 488 pha-  
raon A cōminus C conminus A 489 calcatique solum A 492 penditur A  
493 illicet C cōpede C compede A 494 festinant π temptare A

- 495 nitentes uano stimulant terrore iugales.  
 27 his aliud maius miseris multoque tremendum  
 ingeritur magis et sensus adfligit inertes.  
 namque fretum dubios solitum conlidere fluctus  
 discretas coniunxit aquas undasque tumentes  
 500 miscuit et totam fundo demersit Aegyptum.  
 31 at Iudaea cohors fluitantia corpora cernens  
 hostili de parte uirum currusque natantes  
 armaque et obliquum quidquid torquetur in hostem,  
 suspexit timuitque deum sensuque fideli  
 505 credidit imperio domini uatemque sacrauit,  
 cantica dum psallit Moysetis dulcia uerbis:  
 15 1 „Cantemus domino deoque nostro,  
 cui gloria cum honore pollens.  
 sese magnificis decorat actis.  
 510 dum currus celeres Aegyptiorum  
 iunctis equitibus grauique turba  
 Rubri marmoris enecat fluentis.  
 2 adiutor ualidus meae salutis  
 plebem de medio tulit profundo,  
 515 custos et genitor salusque uera!  
 hic est, hic dominus meus et altor!  
 ipsum conspicua sacrauo laude.  
 qui est progenitor mei parentis.

507—521] Beda de arte metrica (Gramm. lat. ed. Keil. VII. 254)  
 I 17: Est igitur metrum dactylicum falleucium pentametrum quod  
 constat ex spondeo et dactylo et tribus trocheis. huius exemplum:  
 „Cantemus — uocatur“. 507. 514] Rabanus hymn. in pascha domini  
 (Mignii Patrol. 112, 1655) u. 1 sqq.

495 errore A 496 maius A magis C 497 et sensus p sensusque AC  
 affligit C 498 fretum] fluctum A 500 totum A dimersit A 501 iudea C  
 503 quicquid C hoste A 506 mossetis A 507—542 *continua huius  
 carminis scriptura in A, magnis litteris capitalibus exaratum carmen  
 in C* 507 que om. sed q. pr. ss. C 508 cuius Mayor 511 aequi-  
 tibus A 513 ualidae Beda meae] mae C 514 tulit] tollit C  
 515ustus A 518 est qui Beda

		ipsum uocibus arduis fatebor,	575
520		qui bellum tulit obruitque fortes,	
	3	dignus nomine quo deus uocatur.	
	4 5 10	saxis adsimiles grauique plumbo	
		uastis fluctibus abdidit cohortes,	
		quas rex Niliacus in arma cogens	580
525		praedae participes minax canebat:	
		nostris dum iugulis recludit enses	
		et strictum rotat excutitque ferrum,	
	9	dicens: „Corripiam eos fugaces,	585
		praedam partiar obruamque uictos	
530		et cum gloria nobilis duelli	
		quaesitam meritis tenebo palmam.“	
		haec dum commemorat sibi que fedit,	
		cunctis perniciem suis parauit.	
	11	nullus est similis tibi, creator,	590
535		factis maxime, principumque princeps	
		ingens subsidium tuis dedisti,	
	14	gentes quod metuunt Philistinorum.	
	15	Edones etiam Moabitaeque.	
		quorum perniciem tremunt Chananni,	595
540	17	donec hic populus tibi redemptus	
		montem conspicuum deoque sanctum	
		scandat perpetuis heres tropaeis.“	
	20	Haec paribus iterata modis plaudente corona	
		cantarunt matres, uatis dictante sorore,	600
545		tympana pulsantes digitis, dum consona dicunt.	
	22	ilicet intrepidi postquam Pharaonis iniqui	
		subuersam uidere manum. per deuia tendunt,	

520 tullit *A* tollit *C* 522 ad similes *AC* 524 rex *om. C* 526 iugillis  
 (uigillis?) *C* uigilis *A* 528 corripiens *A* 532 uidit *A* 533 suspi-  
 rauit *A* parauit suis *C* 536 sub dium (*pr. corr.*) *A* 537 filistinorum *A*  
 538 edones *AC* Edomes π 539 chananni *A* channani *C* 540 redemptus *A*  
 542 tropaeis *AC* 543 patribus *A* iterata *A* dictata *C* 544 dicante *A*  
 546 illicet *C* intrepidus *A* faraonis *A* 547 subuersam *A* submersam *C*

- quae Surum sunt dicta prius, siccumque per aestum  
 arentes triuere dies; quos lumine trino  
 550 feruidiore coma torrebat lampada solis.  
 23 defessi Myrram ueniunt tristisque sapore  
 undantes cernunt latices, quos pectore fesso  
 libantes longe iaciunt; quia prae grauis unda  
 obsessas fauces sensu torquebat amaro.  
 555 quod uitium propter fontem cognomine signant  
 24 et fremitu denso uatem liquentia poscunt  
 flumina, quae calidos possint mollire uapores.  
 25 ille deum poscit; nam qua licentia fluctus  
 gigneret, astrigera dominus nisi mitteret aula?  
 560 confestimque capit quo sedat tristia lignum  
 pocula, et infecto perfundit melle fluores.  
 illic iusta deus, librato examine lancis,  
 iura dedit, temptans procerem, dum talia dicit:  
 26 „Si mea quaeque memor sincero in pectore dicta  
 565 sumpseris, ut facias, quae sint accommoda uitae,  
 corde gerens mandata dei, nil triste per aeuum  
 perpetiere tuum, nec te iactura grauabit  
 damnorum morbi que trucis; distabis ab omni  
 clade mali, quaecumque feram uastauit Aegyptum.  
 570 quandoquidem ego sum dominus, qui pectora curo  
 27 et sanos praestare queo.“ post Elima uentum est  
 fontibus inriguam, bis sex qui forte meabant  
 frondentes inter palmas, quae uertice celso  
 motabant septem denos per nubila conos.  
 575 16 1 ac postquam ad Sinum positus sunt otia castris  
 trita uiris, quintoque dehinc decimoque uiantes

548 Surum] sursum *A* siccum *p* secum *AC* 549 dies] diues *A*  
 550 comati *A* torreat *A* terrebat *C* 551 mirram *A* 553 Vibantes *C*  
 555 fonte *C* fontes *A* corr. *p* 556 linquentia *C* 557 possent *C* 559 gignerat *C*  
 561 infectos  $\pi$  mella *A* 562 deus] dei *A* 564 quaeque] quae *A*  
 sincera *A* 565 sumseris *A* quae] *q.* *C* accommoda *C* 568 dampnorum *C*  
 570 curis *A* 571 poste lima *A* 573 quae] *q.* *C* 574 .vii. *C* conos *p*  
 chunos *C* cunos *A*

	deproperant per opaca die, de mense secundo,	
	2 extremam gemuere famem, dum uocibus altis	
580	3 obiurgant uexantque ducem: „Quae tanta malorum causa fuit? quaeue esse potest? quae tristior esse praeualeat, quam dira fames, quam spiritus ardens arentes inter fauces mortemque praesentem, quae dilata grauat plus quam quae cominus instat? atque utinam nobis letum sors una dedisset	635     640
585	Aegypto positis tum, cum substantia uictus larga fuit cunctis, nullo mussante seorsum, quod desint alimenta sibi? nunc degimus istic, est ubi uita grauis, etiam si tristia non sint.	
590	ergo ualet quisquam squalentes inter harenas inuisum tolerare diem, solemque calentem siccus ferre potest, nulla quem temperat umbra? quin potius, si nostra mouent discrimina sensus, dux grandaeue, tuos. Nilum Pharumque rogamus redde tuis, cunctosque dehinc iterare labores	645     650
595	poscentes permitte uiros, quia tristius esse accisis nil posse cibus sententia nostra est, 4 et saturos seruire iuuat.“ post talia dicta profatur uates, socio sermonis Arone:	
600	„Quid tantum indomito uoces iactare tumultu et proceres uexare iuuat? quid poscere uictum, quem solus praestare potest, qui sidera fecit?	655
605	6 sed tamen occidua cernetis lampade solis esse deum, uobis cuius pro munere panis mittitur e caelo; qui uos, Mareotide fusca implicitos dudum, laetos nunc mittit ad agros.	660

580 quaeue *p* quae *A* que *C* quae] *q. C* 581 famis *C* 583 plus-  
quam] magis plusquam *C* quae] *q. AC* cominus *C* 584 loetum *AC*  
585 posit' *C* positi *A* corr.  $\pi$  587 desint: e *ex*  $\delta$  *C* desinit *A* 589 arenas *AC*  
592 quin] cum *A* 593 grandaeue *AC* tuis *A* farum *AC* 595 quia tristius]  
qua artius *A* 596 accisis] accessis *C* nihil *A* 597 iubat post *A* illac post *C*  
598 uatis *AC* 599 tumultus *A* 600 iubat *A* 603 pro  $\pi$  per *AC*  
604 e caelo] aeelo *C* mariotide *A* 605 implicitos *C* implicitis *A* ad agnos *C*



- quare agite et primo redeuntis lumine solis  
 insuetas libate dapes mannamque caelestem.
- 78 iurgia nam populi. nostris non congrua factis,  
 in dominum sunt missa magis, qui pascere suevit,
- 610 quidquid alit, longoque educit saecula pastu.\*  
 10 haec ubi disseruit, dominus de nube superna  
 12 emicuit meliore die uictumque caelestem  
 despondit cunctis, quem messis nescia fraudis  
 progenerat nulloque extinguit semina fuco.
- 615 13 inde ubi iam croceo radiauit uesper ab axe,  
 crebra niuis ritu caelo delapsa coturnix,  
 congerie cumulata graui, camposque iacentes  
 castrorumque situm cunctis mirantibus inplet.  
 quin etiam primo cum se lux reddidit ortu,
- 620 14 niuosos dat manna cibos, quae farre minuto,  
 sunt coriandra uelut, totis defluxit ab astris.  
 16 quam iussi carpsere manu ratione legendi  
 certa uiri, ne quis forsan plus condere mallet.  
 quam iusti mensura cibi est. quae sufficit uno
- 625 18 quoque die, nec uana iuuat sollertia quemquam  
 20 plus iusto posuisse domi; nam sole calente  
 patria multimodo uitiantur uerme polenta.  
 22 hoc solum nequeunt geminae disperdere luces,  
 quae festo mandenda die parasceue prompsit,
- 630 quem sanctum iubet esse deus nullumque laborem  
 sustentare homines, quotiens lux illa recurrit,  
 23 sabbata quae memorant lentae concessa quieti.  
 25 quin etiam cunctis penitus haec cognita res est,  
 septima quaque die nullum descendere uictum,

606 redeuntis *A* 607 *sinistr.* *R A* 610 quicquid *C* 613 respondit *C*  
 missis *A* 615 croceor adiauit *C* 616 celo .ē. *C* est *om. A* dilapsa *AC*  
*corr. p* 618 implet *C* 619 cum se lux primo *A* 620 quae *A q. C* 622 car-  
 pere *C* 623 certauere *C* edere *C* 624 uno *C* uni *A* 625 solertia *C*  
 626 domu *A* calenti *C* 627 patria *C* 628 gemini disperdere *A* ge-  
 minandis perdere *C corr. p* 629 mandata *A* parasceua *A* promisit *AC*  
*corr. p* 631 quoties *C* 632 quae π quam *AC* 633 paenitus *A*  
 634 descendere *A*

635	caelestis quem messis habet; quia cura sagaci	
27	progressi per rura uiri camposque iacentes.	
	nil praeter undantes uentorum flatibus herbas	
	intuiti, sinibus uacuis referuntur ad aedes.	695
	32 ac ne forte dei tantum monumenta uiderent,	
640	ad quos missa fuit melliti muneris esca.	
	33 clauditur auratae quiddam munimine thecae,	
	quod uideat generanda manus olimque futura	
	ac uenerata deum uictum miretur auorum.	700
17	1 post haec signa mouent longumque educitur agmen	
645	ad Raphidam, quae sole calens atque indiga lymphae	
	2 mordaces populum fecit depromere uoces	
	in procerem, dum poscit aquam; nec murmure solo,	
	4 sed paene est grassata manu; nam saxa sacerdos	705
	in semet iaculanda timens emittit ad altum	
650	uerba deum siccisque implorat syrtribus amnes.	
	5 ilicet instinctus domini sententia magni	
	maiores pariter natu praecedere mandat;	
	tum uirgam capit adsuetam, qua sistere fluctus	710
	nouerat et medio pontum diducere uallo;	
655	6 Chorebumque petit montem, qui plurimus extat	
	sacratumque caput uicina ad nubila tollit.	713
	illic dura silex conclusas saepserat undas,	—
	quam super adstabat dominus fontesque ciebat	714
	uirtutum ratione pari, qua flumina toto	715
660	distinxit mundo inmensa et marmora fudit.	
	hanc iussus pulsare ferit rupesque repente	
	rumpitur et scatebris undantibus euomit amnes.	

638 intuitu C 639 hac C 641 thecae C thecem A 643 hac C  
uenerat A 645 raphidam AC quae]q. C lymphae C limfae A 646 fecit C  
om., sed spatium 6—7 litt. relictum A 648 pene AC sacerdos C  
649 iaculanda] lactanda (non iactanda) A 650 sirtibus AC 651 illicet C  
instinctu A 653 assuetam C 654 nocuerat A deducere AC corr. p  
655 exstat A 657 sepserat AC 658 astabat C 659 qua C om. spatio  
5—6 litt. relicto A toto] tecta A 660 distinxit A immissa A  
661 hunc A rupis AC 662 euomet A

- curritur ad fluctus certatim congrege turba  
 innumeraeque ruunt pecudes aestumque resoluunt  
 665 expletisque redit defessa in corpora uirtus.  
 7 ilicet ipse locus causae de nomine nomen  
 Temptationis habet, populus quod pectoris anceps  
 ambigua cum mente fuit, an summus in illo  
 degeret omnipotens, et quod plebs aspera dictis  
 670 optasset maledicta duci, quae concipit ira.  
 8 istic belligeris Amalec instructa cateruis  
 Hebraeos fudit cuneos; quod dedecus arcens  
 9 Iesus lecta rapit bellantum robora secum;  
 quem ferrata manu suscepta in bella uadentem  
 675 dux uotis precibusque iuuat collemque Chorebum  
 10 conscendit celerante gradu, quem iunctus Aronus  
 12 et Hurus uallant medium artusque per aeuum  
 laboris refugos nec standi ad munia fortes  
 subposito firmant saxo durumque sedile  
 680 subiciunt sternuntque <duci>; tum deinde fluentes  
 sustentant in prona manus, ut pectoris orsis  
 palmarum prex iuncta foret; nam saepe cadentes  
 11 pondere grandaeuo dubium certamen agebant.  
 13 has ubi subpositae firmarunt undique dextrae,  
 685 hostiles cedunt acies campique replentur  
 caede uirum nullusque e tantis milibus extat.  
 14 haec fuerant ut gesta deo mandante, propheta  
 conscripsit docili uentura in tempora libro;  
 15 confestimque deo sacratum construit altar.  
 690 conpellans per uerba locum fidelia sanctum;

663 cum grege *A* 666 illicet *C* ipse] inspe *A* 669 dictis] dicit *A*  
 670 obtasset *A* male dicto que (duci *om.*) *C* ira *A* iram *C* 671 amalech *A*  
 672 aebraeos *AC* 673 iecta *A* robura *A* 674 manu π manus *A om.* *C*  
 susceptam bella *A* 676 aaron' *C* 677 et horus *A* aturus *C corr. p*  
 678 standi] studia *A* fortis *A* 679 subposito] *AC* duorum *A* 680 duci  
*add. p om. AC* subiciunt uati sternuntque, deinde f. π 682 prex π  
 preces *C* praeces *A* sepe *AC* 683 grandaeuo *AC* dubium] bibiam *A*  
 684 suppositae *C* 685 cedunt *C* 686 nullis *C* exstat *A* 690 com-  
 pellans *A* fidelias *A*

- „Spes mihi certa dei, cuius protectio semper  
 16 subsidium mihi sola dedit, qui robore clauso  
 absconsaque manu bellantes dispulit hostes  
 Amalechas necat <et> tota cum pube cohortes.“ 750
- 695 18 1 Interea generi Iothorus percipit acta  
 festinusque uenit, oculis dinoscere gaudens,  
 18 quae fuerant memorata sibi, saeptumque labore  
 19 inuenit inmodico, dum causas noscitat omnes  
 carentis turbae numero, magnumque precatus 755
- 700 12 ante deum mactat pecudes; tum deinde monendo  
 21 efficit, ut lecta fierent de plebe tribuni  
 atque alii alique gradus, quos ordine miles  
 accipit, ut certa legiones lege regantur,  
 22 ac modicas pensent lites, quo iurgia magna 760
- 705 sint soli noscenda duci. quis rite peractis  
 27 Iothorus sua tecta petit generumque reliquit.
- 19 1 tertius interea sese per tempora mensis  
 festinus uariata dedit, cum sola per arua  
 Sinainum ad montem domini perducitur agmen. 765
- 710 3 quem uates propere conscendit uocibus actus  
 aetheriis monitisque dei; mox procubus audit:  
 „Haec, <quae> dicta tibi, cunctis narrare memento:  
 4 uidistis, quae monstra, uiri, tolerarit Aegyptus,  
 dum uestri me cura tenet et congreco cunctos 770
- 715 atque ueho, tamquam pinnarum tramite ductos,  
 quas pandit uolucrum princeps, dum nubila sulcat.  
 5 et nunc, si uestras ueniant mea dicta per aures,  
 ut, quae sunt mandata, fiant et consona iustae

691 deus *C* 692 robure *A* *ú.* 694 *deest A* necat et *p* et *om.* *C*  
 que necat  $\pi$  695 gener *A* iothorus *A* iethorus *C* percipit *A* 996 de-  
 noscere *A* 697 septum *AC* laborem *A* 698 imodico *C* noscitat *p*  
 dehoscitat *C* discitat *A* 699 numero turbae  $\pi$  praecatus *C* 701 laeta *A*  
 703 certe *C* legionis *AC* *corr. Mayor* 704 hac *C* pensent *A* psent *C*  
 quos *C* 706 Iothorus *A* Lethorus *C* reliquid *A* 707 menses *A* 708 fes-  
 tina *A* 709 sinainum *AC* *corr. p* perducitur] ducitur *C* 710 uatis *AC*  
 712 quae *add. p, om. AC* 715 ductus *A* 718 ut—fiant] atque mandata  
 fiant *A*

- 720 corda haereant legi, plebem uos semper habeboditibus insignem rebus cunctisque praeponamgentibus, ut toto fortes regnetis in orbe.  
haec omnis nam terra mea est; et quidquid ubiquegignitur, id iuri subiectum semper aeterno est.  
6 uos eritis regnum. mea fit quod dextera clarum,  
725 et gens sancta mihi. longum quae prorogat aeuum.  
7 ille memor iussi. fuerant quae dicta reuoluit  
principibus plebis populusque insignibus orsis  
credidit et magno submitit corda tonanti.  
facturum sese mandata inlustria dicens.  
730 9 his aliud maius dominus de sedibus altis  
10 instituturus agit uatemque ad munia mittit  
sueta sibi cunctosque iubet liquentibus undis  
eludere infectas sordes uel ueste uel artu.  
11 abnoctare uiros, ut mente et corpore puris  
735 tertia luce deus celsis uideatur ab astris  
12 monte procul positus, nullus quem comminus adstans  
13 tanget agetque; pecus longa in deserta minare  
praecipitur, ne poena foret coniuncta nocenti,  
quae saxis ferro(ue) uenit, cum missile telum  
740 torquet adacta manus aut caute uerbera uibrant.  
16 his actis, nullo maculatus corpora naeue,  
prospectat collem populus, cum prima ruborem  
tertia luce dedit stellis aurora remotis.  
fulmina iamque micant, iam celsis magnus ab astris  
745 auditur fremitus uocum nimbosaque nubes  
librata se mole tenet crepituque uerendo  
19 terribiles sonitus iterat tuba saeptaque uallo  
in castris plebs maesta tremit montisque sacrati

719 uos] qua uos *A* 722 quicquid *AC* 724 sit *A* 725 quae]  
que *A* q. *C* praerogat *C* in aeuum *A* 726 quae *om. C* 727 populos *C*  
733 Fluere *C* 736 monte *p* mente *AC* quē *C* que *A* cōminus *C*  
737 aget π urget *AC* in *om. A* manere *AC corr. p* 739 ue *add. π om. AC*  
cum missile] cōmisi li *C* 744 micant iam π micantia *AC* celsus *A*  
745 nubis *AC* 746 se *om. A* 747 septa *AC* 748 montes *C*

- 18 aduentum testata dei latera ardua fumant. 805  
 750 et quicumque fuit electa ex plebe sacerdos,  
 20 monte procul degit, solis quem scandere ius est  
 Aroni Moysique piis. tum perpete fatu  
 20 1 mansura dat iussa deus hoc ordine legis:  
 2 „Ille ego sum dominus. qui te discrimine priuans 810  
 755 Aegypti de terra tuli, durumque laborem.  
 seruilis quem cura dabat. desistere iussi.  
 3 me tantum tua corda colant, neque idola pangas  
 4 ulla tibi fictumque deum subnixus adores; 815  
 760 numina nec credas, quae sunt inlustria caelo  
 sidera, uel quidquam in terris mirere perinde,  
 uel quod glauca tegunt fluitantis marmora ponti.  
 5 sum dominus zelans, peccatis congrua reddens  
 in patres prolemque dehinc quae quarta creatur;  
 6 misericors multum, maiora et grandia reddens 820  
 765 quae iusti meruere uiri. qui corde sub imo  
 amplexi mea iussa tenent et mente sequuntur.  
 7 tu nomen uenerare dei. tu sabbata festa  
 8 cum natis seruisque cole totumque laborem  
 pone libens, quotiens mundo lux illa recursat. 825  
 770 11 bis ternis dominus fecit quaecumque diebus  
 in terris caeloque uegent pontoque tumentis;  
 10 septima perfecto uirtutum fine quieuit;  
 hinc festus uiget ille dies, hinc semper acerbus,  
 semper honoratus domino indulgente sacratur. 830  
 775 12 honorem da, nate, tuis genitoribus, ut sis  
 perpetuae in terris uitae, quam prorogat ingens  
 14 ingenti de sede deus. ne dilige moechas,  
 13 16 neue hominem perime, nec sacramenta sinistre

752 aaroni *C* perpete *AC* 756 seruiles *C* 757 pangas *C* pingas *A*  
 759 nec]ne *A* 760 quicquam *AC* mirare *A* perende *C* perenne *A* *corr. p*  
 761 marmore *A* 763 et 764 *desunt A* 763 quae]q. *C* 765 quae π quam *AC*  
 766 sequuntur *C* 768 cole *C* tuis *A* 769 quoties *C* 771 uigent *A* *post*  
 uigent *spatium sex litt. uacuum A* 773 aceruus *A* 775 donate *C* 776  
 praerogat *C* 777 ne *A* nec *C* mechas *A* 778 perhime *C* sinistre *A*

- 15 periurans perhibe; furtum ne feceris ullum,  
 780 16 neue malus testis iurgantem fraude tuere.  
 17 coniuge ab alterius animum uultumque coherce  
 et quidquid non esse tuum mens admonet, horre.  
 24 aggere de terrae congesta altaria surgant,  
 hic ubi deuotas fas sit mactare bidentes.  
 785 25 quae si forte sedet saxorum adtollere mole,  
 ferrum linque procul, quoniam sordentia fiunt  
 artifici leuigata manu; quae scandere gressu  
 26 non sineris prompto, ne forte obscena renudes.  
 21 2 seruus erit quisquis cognata in gente creatus,  
 790 bis ternis seruile iugum patiat in annis;  
 post abeat liber, secum sua praemia portans,  
 3 coniuge missa simul, si nondum feta uidetur.  
 4 ac si iam natis paterno et nomine gaudet,  
 uxorem et prolem domino dimittere debet.  
 795 ipse sui compos nodoque exutus erili.  
 5 quod si non dubie mauult persistere uerna,  
 6 ante fores domino sanctas sistente locetur  
 uulnera passurus, tenuis quae subula pungit,  
 aure tenus molli, numquam laxandus in aeuum.  
 800 7 uendere progenitam discreta in gente parenti  
 non licitum sociaque manet cum plebe potestas;  
 quam tamen ut seruam nequaquam emittere ius est.  
 8 quae si displiceat domino, cui uendita cessit,  
 reddentur nummi, fuerat taxatio quorum.  
 805 ut reuocare queat paterna ad limina sese.  
 9 quae si forte datur nato, sic conuenit ipsum  
 10 ut natam tractare suam. qui sumere iuste

781 *deest hoc loco A* 782 quicquid *AC* ammonet *AC* 783 terra *A* et al-  
 taria *C* sequitur 781 in *A* 785 quae *AC* an quod? sedit *A* attollere *C*  
 mole *AC* molem  $\pi$  786 linque] linti *A* 787 artificale uigat manu *A*  
 790 terris *C* 791 habeat *A* 792 foeta *C* 793 ac *A* hac *C* at  $\pi$   
 795 nado *A* herili *C* 797 sanctas domino *C* locetur *p* loquetur *AC*  
 798 quae] *q. C* 799 auret thus molli *A* 800 progenitum *A* genti *A*  
 803 displicuit *C* 806 an ipsam? 807 iustae *C*

- si mauult, permissa sibi, quis membra teguntur,  
 indumenta palam faciet, nec deinde negabit, 865  
 810 11 si coitu sit nota sibi; uel, si rata non sunt  
 haec commissa uiro, poterit laxare uadentem,  
 12 nec pretium reuocare datum. qui uulnere duro  
 adffligit sternitque uirum, decumbat eodem,  
 13 quo perimet, leto; at si discrimina casu 870  
 815 sunt inlata magis, domino tradente nocentem  
 ictibus alterius, locus est qui condere possit  
 donandum uenia, domino indulgente salutem.  
 14 at uero qui membra dolo uiuentia ferro  
 disicit et studio gradatur sanguine fuso, 875  
 820 crimen habet mortis, nequiquam tecta requirens  
 sublimi sacrata deo; nam demitur inde  
 seiunctusque procul rigido truncabitur ense.  
 15 17 et qui conpellat tumide pulsatae parentes.  
 in crimen noxale ruit. quod morte piatur. 880  
 825 16 nec minus ad poenam petitur, qui forte doloso  
 perfidus ingenio paterna in plebe creatum  
 cleptat et acceptis gaudet transcribere nummis.  
 18 quod si litigium fuerit per uerba paratum  
 pulsatusque aliquis pugno saxoque recusso 885  
 830 19 reciperet solitas uires, nil fraudis haerebit:  
 soluendum tamen est, sumpsit quod cura medentis.  
 20 ancillam seruumque suum qui uerbere uirgae  
 confestim perimit, poenam non uitat haerentem.  
 21 quod si post aliam morietur uernula lucem, 890  
 835 22 nil noxale subest, pretium quia perdidit eius.  
 22 at si forte uiris feruebit rixa duobus,

810 cogitus (sit *om.*) *A*    811 cōmissa *C* omissa *A*    uadente *A*  
 812 p̄tium *C*    813 affligit *C*    814 loeto *C* lucto *A*    ad *A*    817 uenia *C*  
 uera *A*    819 dissicit *A*    gradatur *C*    823 cōpellat *C* conpellet *A*    825  
 p̄nam *C*    petatur *AC* corr. π    827 gaudens transscribere *C*    828 litigium *A*  
 829 que] ue *A*    recuso *A*    830 herebit *AC*    833 herentem *A*  
 834 alium *A*    moriatur *A*    moritur *C* corr. *p*    uernacula *AC* corr *p*  
 835 p̄tium *C*



- conmoto dum felle calent. nuptamque tumentem  
 germine concepto alius pulsarit eorum,  
 840 in plagam porrecta manu, partumque futurum  
 fecerit ante diem materno ex pectore trudi,  
 restituet pretio partum. taxante marito,  
 si nondum perfecta fuit expressaque forma.  
 23 si uero explicitis decessit uultibus infans,  
 24 morte cadet merita. lumen pro lumine rapto  
 845 reddet quisque nocens, dentem pro dente resignans,  
 proque manu dabit ille manum pedemque uicissim,  
 detruncat quicumque pedem; combustaque flammis  
 25 expiat ignis edax; dabitur pro uulnere uulnus;  
 liuida liuenti sedantur corpore membra.  
 850 26 quod si quis rapto famulum de lumine priuat  
 ancillamue suam, missos patiaturo abire,  
 27 libertas quocumque uocat; uel fragmina dentis  
 si fuerint decussa manu, solacia sumat  
 debilitas. ut dona suo pro uulnere penset.  
 855 28 at si praeualida gaudens ceruice iuuenus,  
 expers ruris adhuc curuique immunis aratri,  
 cornu ferit quemquam. saxorum mole prematur,  
 obrutus et, nullo carpendus dente uirorum,  
 membra dabit terrae liquidos soluenda per artus.  
 860 insonti nulla domino discrimina linquens.  
 29 quod si consuetum lunata fronte ferire  
 uicinos. dudum <monitus> non cluserit excors,  
 decumbat pro caede bouis taurusque necetur.  
 30 si uero extincti pretium sententia mitis  
 865 exigit, et soluat, quidquid taxatio poscit.

837 cōmoto *C* commoto *A*    838 pulsaret *C*    839 correpta *C*  
 841 praetio *A* pretiā *C* taxante] iudicante *C*    847 detruncant *C* cō-  
 busta *C*    849 sedantur *AC* cedantur  $\pi$  an soluantur?    851 misso *A*  
 854 debilitas] debita *A*    856 expressuris *A* imunis *C*    859 liquidas *C*  
 liquidus *A* corr.  $\pi$     860 discrimine *A*    862 monitus  $\pi$  om. *AC*: spatium  
*nouem uel decem litt. uacuum* *A* cluserit  $\pi$  dixerit *AC*    864 extincti *A*  
 865 exsoluat  $\pi$  quicquid *AC*

	31	hoc etiam pro caede sui fas poscere nati	
	32	uel natae quemcumque uirum. si seruulus ictu decubuit tauri. ter denos pendere nummos cura tenet dominum saeuo pereunte iuueno.	925
870	33	at si quis multa puteum demittere fossa egesto uult usque solo. mox tegmine claudat,	
	34	ne, si forte pecus fuerit per prona uolutum, damna luat. domino pretium poscente. ruentum empturus pecudum tenui solamine carnes.	930
875	35	quod si forte bouem bos cornu occiderit unco, uendatur; pretium fiat commune duorum diuiduaque legant mactati uiscera tauri.	
	36	quod si iam uitium fuerat testatius eius, pro pecude pecudem dominus redhibebit amissa	935
880		innocuus, strati praesumens membra iuueni.	
	22 1	qui uitulum cleptat, cogatur reddere quinque; bis binas soluat quicumque auerterit agnam.	
	2	nocturnum furem licitum prosternere ferro, dum penetrat postes obsaeptaque limina rumpit.	940
885	3.4	si uero exorto fuerit iam sole prehensus. dupliciter redhibere nocens sublata iubetur. quae si non fuerint in censu et uiribus eius, uendetur, manuum pensurus furta labore.	
	5	cuius forte pecus segetem uitemue uirentem	945
890		triuerit aut patulo carptim depauerit ore, iugera fecundi mensuret protinus agri prouentu spatiumque pari: sic damna resoluet,	

866 cede AC 867 quecumque C quicumque A 868 tauri C auri A  
pandere C 870 dimittere AC corr. π 871 uultus que A mult'q. C  
degmine claudet A 873 dampna C luet A 874 tenturus C tenuis C  
tenus A corr. π carnes] crines C 876 pretium C comune C 879 re-  
dibebit A redibibit (uel redihibit) C ammissa A 883 licitum om. A  
spatio non relicto 884 obsepta AC 885 exortu A praehensus AC  
886 redibere C redebere A 887 fuerint: i ex a C et] ac A 889 ue]  
que A 890 captim C 891 protinus om. A nullo spatio relicto  
892 dampna C

- 6 quae fuerint inlata prius. haec formula nectit  
 hos etiam, qui tota simul noualia uerrunt  
 895 pampineasque metunt consumpto palmitē uites,  
 ut quae magnifica proprios habuere per agros,  
 amittant ratione pari. nam stridulus ignis.  
 fomite de modico solitus comprehendere uepres.  
 arentem stipulam et truncos cortice nudos,  
 900 si segetem alterius uitemue absumpserit aestu,  
 crimen ad auctoris merita per damna recurrit,  
 ut reddat quidquid noxalis flamma peredit.  
 7 depositum redhibere decet: quod perfida furum  
 si fuerit populata manus, auctore reperto  
 905 8 duplex summa datur; si uero est abditus ille.  
 auersas qui dempsit opes, iuratio sola  
 exortem culpae faciet, quia fraude carebit.  
 9 at si mendoso fallax nudatur in astu,  
 depositi reddat geminum sub iudice pondus.  
 910 haec etiam in pecudum causis mensura tenenda est:  
 12 propterea ut. furto quae sunt direpta sinistro.  
 restituat, cuius fuerit custodia segnis.  
 13 at si molle pecus rabies uesana luporum  
 lancinat, ostensa mitescunt iurgia carne.  
 915 14 quod si quis geminos ducenda ad plaustra iuuenos  
 commodat, enormi non dicat pondere functos  
 idem, si fuerit praesens, stimulator euntum.  
 hoc etiam in reliquis, quos pressant pondera iussa.  
 15 sed si persegnis accepta animalia perdit,

894 ferrunt *A* 895 consumpta *A* 896 ut *AC* et π quae] *q. C*  
 proprios] propretiis *A* 898 solitus *A* solitos *C* 899 arentem siluam *A*  
 arentēq. siluam *C* corr. *p* arentesque spicas π 900 absumerit *A*  
 901 dampna *C* recursat *A* 902 quicquid *AC* peraedidit *C* peredat *A*  
 903 redibere *AC* decet *A* debet *C* 905 duplex *C* 906 qui  
 dempsit *p* quidem sit *AC* 907 exortem *A* quia *C* qui *A* 908 *deest* *A*  
 911 praeterea *A* quae] *q. C* direstra *A* 912 signis *A* 913 aut *AC* corr. *p*  
 pēcus *C* uesana furorē luporum *A* 914 lancinat] lacerat *A* mitescunt *A*  
 916 cōmodat *C* enormi *C* fenorimi *A* 917 simulatus *A* 918 praes-  
 sant *AC* iussu *AC* corr. π 919 persignis *AC* corr. π

- 920 quisquis agit, ius est, ut damnum sentiat omne.  
 quae si perdiderit posita mercede locatus,  
 illa operae in pretio promptim taxanda locabit.
- 16 uirginis haut sponsae si quis sibi sumpserit usum,  
 uxorem cum dote sibi sociabit eandem. 980
- 925 17 quod si coniugio mens est non consona raptae,  
 munera det, thalamis quae sunt accommoda, patri.
- 18.19 maleficum celare nefas. mors dura necabit  
 permixtum pecudi coitus deformis in actu.
- 20 linquat uita uiros demonum sacella uerentes, 985  
 quandoquidem soli domino fas subdere colla.
- 930 21 nemo peregrinum uiolet uerboue manuee;  
 idcirco quoniam uosmet suscepit Aegyptus  
 linquentes genitale solum sedemque priorem.
- 22 femina defuncto ne sit temnenda marito, 990  
 sed palpanda magis puerique parentibus orbi.
- 935 24 ne paribus poenis subeant peccata nocentes  
 destituantque suos celeri cum funere rapti:  
 23 afflicta nam corda deus auditque iuuatque.
- 25 credito poscenti nummorum quos rogat usum. 995
- 940 seposita mercede procul usuaque turpi;  
 nec festinus age trepidantem. ut sumpta reformet.
- 26 ac si forte sui uelamen corporis idem  
 committit traditque tibi pro pignore nummi.  
 restitue. sol ante caput quam condat olympto. 1000
- 945 27 misericors ego sum dominus: hos audio promptim.  
 28 externis cessate deis maledicere cuncti  
 praecipuisque uiris, populi qui frena tenebunt.  
 29 fructibus e primis domino pia dona referto

920 dampnum C 921 quem si A 922 opere AC promptim C prumptim A 923 aut AC corr. p 926 det] de A patri] priat A 927 celare] clare A 929 demonum C demanu A 930 soli C saeculi A 934 femina C non sit tempnenda C 937 suo sceleri A 938 afflicta C 939 credite A usu A 941 ne festina agere A 942 hac C 943 committit C tibi om. A 944 olimpo A olimpho C 945 prumptim A 946 hesternis C hester netis A 947 populis C

- et quemcumque creas primo de germine nuptae. 1005
- 950 30 sacrabis domino, sol postquam septimus altum  
31 est permensus iter, ut sitis sancta propago.  
extinctam pecudem raptorum dente luporum  
nullus edat: mensis quae non sunt digna refutet.
- 23 1 non credes narrata tibi, quae nulla fidei 1010  
955 firmamenta iuuant. neu falsum dicere testis  
2 iniqua cum mente uelis. nec pluribus unum  
additus in coetum certes superare nocentem,  
3 ut tenuem et modicum quaesito ex crimine dampnes.  
4 quin potius si forte pecus errare uidebis, 1015  
960 cum quo corda tibi non sunt coniuncta, reforma.  
5 et si mole graui iumenta obnoxia sidunt,  
erige et alternis conitens subleua palmis.  
7 innocuum ne sterne uirum, nam pectore iusto est.  
8 munera non sumes trepidi pro cura nocentis 1020  
965 sollicitique rei, quoniam mox lumina caecant  
sermonesque uirum cunctaque examina frangunt.  
10 uberibus glebis bis ternos cultor in annos  
11 immineat uegetus, debet quia septimus esse  
otia lenta ferens, quo pauper quisque capessat 1025  
970 quae fuerant generata palam, laetusque relinquit  
quae superant mandenda feris, dum saltibus errant.  
14 circite perpetua uolucris dum uoluitur annus,  
diuisos in trina modos sollempnia uobis  
15 septeno seruanda die, quo mollia ius est 1030  
975 azyma triticeo gaudentes sumere farre,  
ut monui dudum, primo uos mense nouorum,  
libertas cum plena fuit discedere Aegypto.

949 creat  $\pi$  nupta  $\pi$  952 extinctam *A* 953 que suis non digna *C*  
954 credis *A* 955 neu] ne *C* 956 cum *om.* *A* 957 coetū *C*  
coetu *A* nocentem *A* nocentum *C* inter 957 et 958 leguntur *uu.* 998  
et 999 in *C* 958 et] uel *A* dampnes *C* 962 erige] egrege *A*  
963 ne sternere *A* 966 frangent *C* 968 deest *A* uegetos *C* 973 so-  
lempnia *A* 974 septenos *C* septima *A* corr.  $\pi$  975 azyma *AC* farrae *A*  
976 mense] mense *C*

- ante meos uultus uacuus ne prodeat ullus.
- 16 primitias operum messisque exordia nosce  
980 festa tibi, quotiens sementem sparseris agro.  
uel cum decurso requies coniungitur anno,  
omnibus explicitis, generat quae cura laborum. 1040
- 17 omnis homo trinum distinguat tempus in anno,  
ante meos possit quo sese ostendere uultus.
- 985 18 nam cum laeta tibi fuerit possessio terrae  
gentibus edomitae commissa et credita, nosce  
azyma sola meis ponenda altaribus esse; 1045  
multimodas pecudes et rubram sanguinis undam  
nil festis prodesse tuis adipemque niualem,  
990 peruigilem et noctem durare in tempora lucis.  
quae redeunt, quotiens sacrorum cura recursat.
- 19 agnus neue tener materno in lacte coquatur. 1050
- 20 ecce ego sidereum caelesti ex arce ministrum  
ad curam dimitto tuam, qui robore multo  
995 uadentem ad terram foueat, quae pinguibus aruis  
laeta uiret dulcesque euoluit nectaris undas.
- 21 hunc audire parans sacratis crede loquellis. 1055  
coniunctus est ille tibi fidusque manebit.  
perpetuum retinens caelesti in uertice nomen.
- 1000 22 heia agite sanctisque auditum iungite dictis,  
mandatumque meum sincera adsumite mente;  
ut sitis plebs cara mihi populusque beatus 1060  
et regnum sublime dei, gens ardua semper,  
omnibus in terris, quas sol utrumque recurrens  
1005 adspicit et calido mundum complectitur axe.
- 23 concordem palpabo tuos cunctisque resistam,

979 mensis *AC* corr. *p* nosse *AC* corr.  $\pi$  980 quoties *C* spargeris *A* 982  
quae] *q. C* 986 comissa *C* 987 azima *AC* 988 multimodos *C*  
990 tempore *A* 991 quoties *C* sacrorum] festorum *A* 994 robore *A*  
995 *q. C* 997 hunc *C* hinc *A* credo *A* loquelis *A* 998 sq. *uid. ad*  
957 coniunctus . . . . est ille *spatio quattuor uel quinque litt. uacuo A*  
1000 sancti *C* iungere *A* 1001 assumite *C* 1004 utrumque *AC*  
utrumque  $\pi$  1005 aspicit *AC*

		qui tecum bellare parant; tibi cedit Amorreus Cethaeusque ferox et quos nunc optima tellus sustinet, in saeculum te mox uertenda colono.	1063
1010	24	prouide, ne uetitis adclines colla sacellis hostilesque deos trepide subnixus adores. quin potius profana rue atque idola cuncta disice cum titulis inscriptaque nomina dele,	1070
1015	25	ut possis seruire deo, quem cuncta tremiscunt. mox uictum sacrabo tuum fontesque neantes; morborumque tuo demam de corpore pestes.	
	26	nullus inops nati tota de plebe dolebit paternum non esse sibi nomenque decusque. longinquos praestabo dies. quis terminus aevi	1075
1020		laxior optatae producat tempora uitae. 27 ante tuas acies tristis formido uolabit, 28 atque uenenato praecurrent uulnere uespae, ut tua belligeris metuantur signa manipulis, perque feras gentes facilis uictoria cedat.	1080
1025	29	quas tamen edomitas faciam decrescere sensim, ne uacua sit terra uiris, atque agmine multo increscat nimia rabidarum turba ferarum.	1085
	31	milite diffuso faciam se extendere fines telluris sedisque tuae, qua marmore rubro aestuatur oceanus uentosis lubricus undis, usque Philistinum pelagus terramque carentem humano cultore, cluens atque agmine multo qua fluit Euphrates uitreis perlucidus undis."	1090

1007 amorrus AC 1008 cætheus C ceteus A optima AC 1009 saeculum A 1012 rue C sua A 1013 disice AC 1014 tremescunt AC 1019 longeuos A prestabo AC 1020 optate AC 1022 uulnerę C uulnera A uespae] uestrae A 1024 cedat C 1026 atque C quead A 1027 nimiae C rabitarum A 1028 difuso A se C om. A te π fineis C 1029 qua] quam A marmore: o ex u A 1031.1032 Hsque et Vumano permutatis initialibus litt. C 1031 filistinum A 1032 cluens p diu AC agmine] tegmine A 1033 fluit C finit A eufrates C eufratis A perliquidus A praelucidus C

- 24 1 Haec ubi detonuit, dominus conscendere collem  
 1035 Aronem Moysenque iubet ac nobilis aevi  
 septuaginta uiros longequae inflectere colla  
 2 aeterno summoque deo; nam cominus ipsum 1095  
 permittit properare ducem, qui iussa facessens  
 4 sancta dei celsum confestim construit altar  
 1040 monte sub eximio, uacuas qui surgit in auras;  
 bisenos lapides, tribuum quae summa uidetur,  
 5 cominus adiungens. hic nondum fronte iuencos 1100  
 exhibet armata sacrisque hos inmolat aris;  
 6 sanguine de quorum partem diffundit ad altar,  
 1045 creterrae instillans aliam, plebemque frequentem  
 8 spargit rore leui, librumque euoluit aeterni  
 7 seruantem monumenta dei. quae consona postquam 1105  
 dixit cara sibi docilis sententia plebis,  
 9 conscendit tumidum lento molimine collem  
 1050 grandaeuosque senes fratremque in uertice sistit.  
 10 hi simul adspiciunt rutilantem fulgure gemmam,  
 in qua siderei steterant uestigia regis: 1110  
 sapphira nomen habet; caelumque hic uisitur albens  
 11 praetentum per dorsa iugi; quae cuncta uerentes  
 1055 sublimes cum laude ferunt uictumque capessunt.  
 14 interea, monitis uates senioribus illic  
 13 sidere, Iesutem secum subiungere gressus 1115  
 14 pacato de corde iubet, Hurumque relinquit  
 Aronemque suis, certantum ut iurgia noscant  
 1060 aequa lance uirum iurisque ut uerba loquantur.  
 15 ipse ubi sanctifici tenuit iuga plurima collis,

1035 aaronem mosemque *A* hac *C* 1042 iuencus *AC* *corr.* π  
 1043 imolat *C* immolat *A* 1044 partem d. ad altar] per . . . . . difudit  
 altar (ad *om.*) *A* 1046 rore] ore *A* 1047 seruaaatem *A* quae] quem *C*  
 1048 dicit *A* docili *AC* *corr.* *p* 1049 tumidis *A* 1050 grandaeuos *AC*  
 1051 aspiciunt *AC* fulgore *AC* 1053 sapphira *C* saffira *A* 1054 q. *C* 1056  
 monitus *A* uatis *AC* 1057 siderei esutem *A* sidere hiesutem *C* 1058  
 iubet] uidet *C* Hurumque *p* utrumque *AC* relinqui *A* 1059 que *om.* *A*  
 noseat *A* 1061 prurima *A*



- labitur aetherio propere nubs fulgida caelo 1120  
 et montem complexa tegit uatemque seorsum  
 16 occulit a sociis terno bis lumine solis.  
 1065 septima iamque dies niueum patefecerat axem.  
 cum dominus media conpellat nube prophetam,  
 17 mirificas inter flammam dum fulgidus infit, 1125  
 18 atque quater denis uati dat iussa diebus:  
 25 8 noscere quis posset, quae sint sacraria summo  
 1070 10 digna deo, lignisque iubet haec ardua pangi  
 perpetuo ualidis, nulla quae dissipat aetas.  
 haec miris conserua modis mensuraque iussa 1130  
 11 lammina conspicui praeuelat ductilis auri.  
 12 conectens geminos tereti uertigine circlos  
 1075 in dextrum laeuumque latus, qua sancta coluntur.  
 13 inde leuigatis intexit frondibus arcam,  
 16 in qua perpetui maneant mandata tonantis. 1135  
 18 quin etiam rutilo Cherubinos perficit auro  
 19 diuersosque locat, qua sese altaria pandunt,  
 1080 20 alarum splendore pari similique uolatu,  
 ceu moueant agiles uentosa in nubila pinnas.  
 22 sqq. multaque praeterea rerum commenta nouarum 1140  
 mirificis sunt facta modis, quae dicere qui uult,  
 expromet citius pelagus quas uoluat harenas.  
 1085 sed neque quam multae species nec nomina quae  
 sint.  
 lex numeris adstricta potest depromere fando,  
 29 dum cyathos uates, phialas, mortaria pangit 1145  
 caelatasque facit gestanda ad munera lances

1063 conspexa *C* 1066 compellat *C* 1069 quis  $\pi$  quas *AC* 1071 dis-  
 sipet  $\pi$  1072 iussa *AC* iusta  $\pi$  1073 lamina *A* praeferat *A*  
 dactilis *A* 1074 circlos *A* circlos *C* 1075 sancta] sca *lineola om. C*  
 1077 maneant *A* 1082 nouaru *C* nouarunt *A* cf. *Aedilulf* 1083 q. *C*  
 qui] quis *A* 1084 exprimat *A* arenas *A* 1085 q. *C* sunt *A* 1086 hu-  
 meris *C* d/epromere *A* dicere *C* 1087 cyathos *C* uatis *AC* crates  $\pi$   
 fialas *A* fyalas *C* pingit *C*

- 31 et quae noctilucis subduntur fulchra lucernis.
- 1090 **26** 1 iam quaecumque tegunt sacratam desuper arcam  
aut uelant postes, ardenti e murice tinxit.
- 28** 4 quin etiam uario texuntur pallia peplo, 1150  
Aroni uatibusque piis, qui munera libant  
in tectis sacrata dei, gemmaeque coruscae
- 1095 17-21 inhaerent sinibus signantes nomina sena  
distinctim tribuum, quarum de corpore plebs est.  
singula nobilibus signantes nomina gemmis. 1155
- 17 sardia prima loco, topazo adiuncta smaragdus;  
18 sapphirus hanc sequitur, cum qua carbunculus ardet.
- 1100 iaspisque uiget fuluoque intermicat auro:  
19 tertia ligurio sedes: hic iunctus ahati  
atque amethysto. fulgens quem purpura tingit. 1160
- 20 chrysolithus quartus, berillo adnexus onychnus.  
36 additur aetherii signum uenerabile regis,
- 1105 lammina conspicui formatum quod tenet auri.  
39 lintea quin etiam niuoso albentia textu  
in laxis cohibere sinus atque indere membris 1165
- 42 praecipitur partemque obscenam condere carnis,  
43 ne, dum sacra uehunt, denudent turpia uates.
- 1110 **29** haec inter totus sacrorum euoluitur ordo:  
10 sqq. peccatum quae dona leuent, quaeue hostia ferro  
icta cadat sanctamque dei determinat iram. 1170  
nam quicumque uirum sacrata altaria tangit,  
37 sanctior efficitur purgatus pectora naeuo.

1099] *Exempla poetarum* ed. H. Keil u. 191: Saffirus-ardet.  
1100] Mico: Intermitat: Iaspisque—auro. Alchimus

1090 arcam *A* aram *C* 1091 ardentiae *A* 1093 libunt *A* 1094 choruscae *A*  
1095 inherent *C* inherent *A* 1096 distinctum *A* 1098 primo *AC* corr. *p*  
topaza *AC* corr. *p* 1099 saphyrus *C* saffirus *A* *Exempla* 1100 iaspis  
que *C* 1101 tertio *A* sedis *AC* corr. *p* hinc *C* 1102 amethisto *C*  
amithisto *A* tingit *C* tinguat *A* 1103 chrisolitus *A* crisolitus *C* birillo *A*  
adnexus *C* onichnus *AC* 1104 aetheri *A* 1106 post niuosa *spatium*  
*quattuor uel quinque litt. uacuum* *A* 1111 q. *C* q. *C* ue] uel *A* 1112  
icta *C* iacta *A* 1113 sacra *A*

- 1115 **30** 8 pendeat ut lychnus semper laquearibus altis  
incensus noctemque suo de lumine uincat,  
edicit censura dei. ne forte tenebrae  
horrificam faciant per sancta altaria noctem.
- 25-32 ponitur et liquidi nonnumquam sucus oliui,  
1120 sanctificans hominum carnes, dum uertice summo  
liquitur et crasso perfundit unguine membra ;  
34 adice tusque, leuis cuius fit naribus aptus  
halitus et dulces inrorat sensibus auras.
- 31** ilicet ut magni splenderet machina templi  
1125 ornataque suo cunctas transcenderet aedes,  
3 perdociles tribuit sensus et maxima fabris  
ornamenta deus omnesque his indidit artes
- 6 2 Achisamo de Dana tribu iunctoque Beselo,  
ex Iuda cui classe fuit clarigena origo.
- 1130 18 utque forent domini populo notissima dicta,  
accipit e gemina formatas caute tabellas  
propheta tribuente deo, quas pollice sancto  
et paribus scripsit digitis manus inclita regis.
- 32** 1 interea populus, metata in castra locatus,  
1135 dum uatem deesse suum iam tempore multo  
mordaci sub corde gemit nusquamque uideri  
murmurat, adsidue deprecatur numina demens
- 2 Aronem peruersa sibi ; quos ille frementes  
instantesque diu deferre ac tradere iussit
- 1140 ornatus, quos aure gerunt nataeque nurusque,  
natiua dum forma parum splendoris habere  
ducitur et turpi de uulnere defluit aurum.
- 3 hoc ubi connessit populus, coniecit in ignem  
4 mollitumque dehinc feruentis flamma camini
- 1145 miscuit et torua formauit fronte iuuenium

1115 lychnus AC 1118 sc̄a A sacra C 1119 liquidis C 1120 summi A  
1121 crasso horas supfundit A unguine p lumine AC 1122 aditus  
que leues AC corr. p adiectusque leuis cuiusuis n. a. π 1124 illic et C  
1128 de dona tribuit A 1129 cui] qui C clarigenus AC 1130 utquae A  
1137 assidue C 1145 turua A

- 5 uenturumque diem sollemnem confere dixit.  
 6 illicet albentes cum primum lucifer ignes 1205  
 protulit et celso noctem seclisit olympo.  
 consurgit Iudaea manus damnosaque festa  
 1150 laeta colit multisque infundit pectora poelis.  
 atque exultantes ducit furiata choreas.  
 7 aspicit haec celsa dominus sublimis in arce 1210  
 innocuumque iubet propere descendere uatem.  
 dum memorat : „Decurre citus. montemque relinque.  
 1155 peruersi ductor populi plebisque magister.  
 8 quam profana iuuant : peccauit praesule multum  
 te Iudaea suo. dum sanctos despicit actus. 1215  
 en quibus indomiti Pharaonis soluere uinela  
 principe te licuit furuaque exire Canopo.  
 1160 praeuaricatores taurinis uultibus adstant  
 proque deo celebrant mentiti membra iuuenet  
 et libertatis memorant id nunc suae numen. 1220  
 tu motus ne flecte meos neuue obuius ito.  
 dum meritos his mitto metus dignamque ruinam.  
 1165 nec tu iacturam metuas. ne dempta potestas  
 culmen ad alterius confestim missa recurat.  
 10 dabitur in terris multum praestantior armis 1225  
 gens ignota tibi. quae sit te principe uietrix.“  
 11 Territus his uates dominum subnixus adorat  
 1170 talibus effatus : „Cur tantis motibus exit  
 in populum nunc ira tuum. quem dura gementem  
 imperia nimium metuens laxauit Aegyptus. 1230  
 dum te, magne. timet, dum celsae robora dextrae  
 terrificant fracta miserum ceruice tyrannum ?

1146 sollemnem *A* 1147 illicet *C* 1148 nocte *A* olimpo *A* olimpho *C*  
 1149 dampnosa *C* 1150 infudit *A* 1152 ab arce *C* in arcae *A* 1154  
 citius  $\pi$  1156 prophana *C* 1157 despicit *p* deposcit *AC* deposuit  $\pi$   
 1158 En *p* *E* *C* Ea *A* ex  $\pi$  faraonis *AC* 1160 astant *A* 1163 tu|  
 tum *C* neu *A* 1168 te *om.* *A* 1169 uatis *AC* 1170 affatus *C*  
 1171 nunc  $\pi$  tua *AC* 1172 imperio *C* 1173 temet *C* dum| tua  $\pi$  robura  
 dexterarum *A* 1174 fractu *A*

- 1175 12 et nunc. o domine, quid dicet turba Canopi,  
 captiuis priuata suis infensaque plebi.  
 quam cernit nunc esse tuam, nisi te, deus ingens. 1  
 nequiquam consueta tibi pietate fauentem  
 produxisse uiros deserta in sede necandos.
- 1180 dum uastos inter saltus sua funera ducunt.  
 sublimis indulge tuis uultumque serenum  
 exhibe poscenti; nam te quis uiuere moto  
 in terris caeloque potest? quem currit ad unum
- 1185 13 quod moritur uiuitque tibi. tandemque recurrat  
 ad sensus. uenerande, tuos. quae dona pararis  
 Abramo quondam, proceri quae deinde Iacobo  
 Isacique pio. felix quos seruitus ornat,  
 quod placuere tibi: iuratus per tua, sancte.  
 robora dum spondes prognatos his fore curae.
- 1190 rex inuicte, tuae, densandos pube frequenti  
 innumeraque acie. ceu magni sidera caeli  
 stellantesque micant mundano in cardine gemmae.  
 cur promissa labant? cur ditis commoda terrae  
 nullus habet uatesque insistit sedibus exul.
- 1195 cui mellis spondes latices et flumina lactis? 4  
 14 Flectitur his dominus totamque expectorat iram.  
 15 illic excelso descendit colle propheta,  
 conscriptas referens domini de lege tabellas  
 introrsus extraque simul; nam pagina sancta
- 1200 17 et tergo commissa fuit; cumque incitus exit.  
 uocibus inmodicis populi defigitur Auses  
 clamoremque putat bellantis hunc fore turbae.  
 18 sed uates non bella uidet, sed languida uino

1178 fouentem *A* 1183 que]ue *C* curat *A* 1186 proceriq. *C* pro-  
 cerioque *A* 1187 isaaci *A* isaaci *C* Isaaco  $\pi$  1188 quod] qua  $\pi$  sc̄ae *C*  
 1189 robura *A* spondis *AC* curae-tuae] cura-tua  $\pi$  1192 stellan-  
 tesque] stellant et *A* 1193 cur] cum *A* cōmoda *C* 1194 uatis *AC*  
 1195 spondis *AC* 1196 totam *C* tetram *A* exspectorat *C* 1197 illic  
 &celso *C* 1198 conscriptas/ (*post s litt. erasa pr. m.*) *A* 1199 exutra *C*  
 que *om. A* 1200 etergo *C* cōmissa *C* dum *A* cum *C* 1201 aures *AC*  
 corr. *p* 1202 putant *A* 1203 uatis *AC* uidit *AC*

- pectora multimodas in caelum mittere uoces.  
 1205 19 iamque adeo ingressus castrorum limina ductor  
 bacchantis cernit populi feruere choreas 1265  
 auratumque uidet tumida ceruice iuuenicum:  
 quem uelut aetherium spectabat turba parentem.  
 1210 illicet infensus calidam dum concipit iram,  
 confringit tabulas, totum dum surgit in ictum,  
 20 iniectumque focus uitulum dissoluit et exin  
 porricit in pelagus sumptisque exinde fluentis 1270  
 21 attonitos libare iubet: fratremque deinde  
 increpat offensus ualide, quod uana petentes  
 1215 audierit iustaque deum uiolauerit ira.  
 22 ille pacem poscens crimen populare fatetur.  
 exortem sese faciens culpabilis ausi. 1275  
 26 at princeps, punire parans dementia uulgi  
 crimina, Leuitas totis discurrere castris  
 1220 27 et ferrum nudare iubet atque obuia passim  
 corpora, cognata quamquam de plebe, ferire.  
 28 illi alacres per nota sibi diuortia currunt 1280  
 oblatosque ruunt cuneos raptimque uirorum.  
 ultores domini, circum tria milia caedunt.  
 1225 quis uicena simul studio quasi milia iungas.  
 30 his gestis propheta suis iam mitior exit  
 31 aeternumque rogat populi pro crimine regem, 1285  
 talibus effatus: „Peccauit turba tuorum,  
 rex inuicte, uirum plus quam mortalia quaerunt  
 1230 pectora, mutarum pecudum simulacra colendo.  
 his et uota dedit et numen credidit aurum.

1206 bachantis AC 1207 uidit AC 1208 uelud C parentum A  
 1209 illicet C callidam C conspicit A 1211 iniectum A intectum C  
 infectumque foris π exim C 1212 porrigit AC corr. p 1214 ualde π  
 1215 Aaudierit C 1217 exsortem A sese] sere A 1222 diuortia A  
 1225 uicena (al. l'i ss.) C, quasi milia p similia AC studiosi milia  
 iungunt π 1226 exiit C 1228 affatus C 1229 quaerunt] suerunt C  
 1230 pectorum A pecodum A colenda A 1231 his deuota π credidit  
 aurum A credita uro C

- et nunc, o domine, si dignum me prece ducis, 12  
 quam faciam fundamque tibi, dimitte reatum,  
 32 quem solus laxare potes. sin amplior illos  
 1235 poena manet cunctosque tenet sententia mortis.  
 nomen, sancte, meum caelesti ex pagina dele,  
 quam scripsit ueneranda manus, cui subiacet orbis.“ 1  
 33 orantem responsa dei felicia palpant:  
 „Quisquis me uetito peccator crimine laedit  
 1240 me contra ueniens, hunc sancti pagina libri  
 nulla tenet nomenque nocens delebitur inde.  
 34 at tu depropera captumque hinc explica cursum 1  
 promissosque locos susceptae adscribito turbae.  
 ac ne sollicita tangat te cura uadentem,  
 1245 nuntius anterior semper gradietur euntem.  
 ast illos sua facta grauant, quos crimina fuscant.  
 33 3 erecta ceruice uiros sensuque tumentes: 1  
 quapropter socio tecum non ambulo gressu.“  
 4 Haec populus maesto suscepit dicta reatu,  
 1250 inrigoquoque gemit ob tanta obprobria fletu.  
 pollutas sumens nigranti stamine uestes.  
 5 6 quem bonus eloquiis uates deponere tristes 1  
 indutus luctumque iubet multumque precatur,  
 ut uideant, ne forte dei sit grandior ira,  
 1255 si fortasse pari fuerit de crimine laesus.  
 7 His actis conposta sibi tentoria promit  
 semotisque locat castris nomenque decenter 1  
 indidit a teste, cuius sententia uera est.  
 8 illum facta deo subeuntem limina cuncti

1234 illis *A* 1235 pena *C* 1236 sanctae *C* 1237 quam *A* quod *C*  
 subiecit *A* 1238 felicia *p* facilia *AC* 1239 Quisquis inuictor . . . . .  
 crimina ledit (*spatio 6—7 litt. uacuo*) *A* 1242 hinc] dehinc *A* 1243 loco *A*  
 1244 hac *C* 1245 nuncius *C* eunte *Mayor* eunti  $\pi$  1246 illos *C*  
 alios *A* 1248 tecum] secum  $\pi$  1251 polluta *A* pulluta *C* corr.  $\pi$   
 e stamine *C* 1252 quem] quae  $\pi$  uatis *AC* 1253 peccatur *C* praecatur *A*  
 1255 de crimine *A* discrimine *C* 1256 conposta *A* cōposita *C*  
 1257 q. *al. ss. C* loco *A* decenter  $\pi$  1258 indit *C* in<sup>di</sup> testem  $\pi$

- 1260 certatim uidere uiri ipsique uicissim  
gaudebant inferre gradum uel sistere contra:  
9 cum subito, horrendum uisu, nubs fulgida caelo 1320  
labitur et summi perfundit culmina templi;  
11 dumque pius uates graditur. dum deinde recursat.
- 1265 aedibus in domini semper se condidit Auses  
12 nusquam progrediens. at uates dicta reuoluit  
cum domino consueta sibi, quaeque antea non sunt 1325  
13 mortali concessa uiro, deposcit. ut ora  
comminus aspiciat domini ueneranda beati.
- 1270 14 utque deus procerem semper comitetur euntem,  
quamlibet aetherius uallaret nuntius illum.  
adnuitur dictisque deus sublimibus infit. 1330  
20 quae facienda prius, quam tanti gratia doni  
obtutus pascat mundana inuisere suetos.
- 1275 21 „Heia age, deproperans rupem conscende minacem  
22 et gressum defige tuum. ac dum meus alto  
sic rediens decurrit honor, sub fornice saxi, 1335  
umbratus mea dextra, mane, dum praepete cursu  
23 praeteriens refero diuinae umbracula palmae.
- 1280 tum tantum spectare dei postrema meantis  
crura potes: uultum non fas est uisere cuiquam  
spirantum ex numero, mundana quos fouet aura.\* 1340
- 34 4 haec, fuerant ut iussa, fiunt; mox caute dolata  
consimiles tabulas diuina ad iura reformat
- 1285 consuetamque sibi solitis de cursibus arcem  
3 incomitatus adit montemque accedere iuxta  
non patitur cunctos ipsasque eliminat illinc 1345  
lanigeras pecudes, quia sunt contigua noxae

1261 gaudebat *A* gradum *om. A* 1262 uisū *AC corr. π* 1263 per-  
fudit *C* 1264 uatis *AC* dum *A* tum *C* 1265 auses *C* auris *A* 1266  
ad *C* uatis *AC* 1267 quaeque] *q. C* 1272 annuitur *C* 1274 mun-  
daria *C* inuisere *AC corr. π* 1275 conscendere in arcem *C* 1276  
tuam *A* ac *A* hac *C* nam *π* meos *C* 1278 dextera *C* 1279 umbra-  
culo *C* 1280 metantis *C* 1282 aura] ira *A* 1285 curribus *C*  
1287 elimat *A* 1288 contagia *AC corr. p*



- talia: corruptis nequaquam sancta cohaerent.
- 1290 5 illicet optatis domini sermonibus usus  
cognoscit uentura suis seque ingerit ultro: 1350
- 6 „O domine, quem larga facit elementia magnum  
in caelo terraque tuis, tu mitis in aula  
aetheria solusque potens, iustissimus idem.
- 1295 indulgens pariter populis, quos mundus ubique  
laetus habet tota dominum cum mente fatentes: 1355  
tu cunctos de fraude leuas, tu quidquid iniquum est,  
condonare potes, solus quia crimine cares;  
idem mortiferos solitus damnare reatus
- 1300 in prolem natosque patrum natosque natorum:  
nobiscum praecelsa deus uirtute maneto. 1360  
nam plebs ista ferox rigida ceruice superbit;  
crimine si cuius commissa piacula donas,
- 10 uiuemus per saecula tui.“ mox sanctus ab aula
- 1305 effatur dominus caeli, quae iusserat ante;  
ut, cum uulnifica populus post bella quiesset, 1365  
otia respiciens, tantum consortia nosset  
de populo concessa suo, ne forte uirorum  
incautas mentes fallaci cluderet astu
- 1310 16 coniunx sumpta foris profanaque sacra doceret.  
28 iamque quaterdenos celeri cum lumine soles 1370  
triuerat hic uates, nullamque adsumperat escam.  
ieiunum referens ad castra ingentia pectus.
- 29 illum conspicuae fulgentem lampade flammae
- 1315 30 obtutus timuere uirum fraterque ueretur  
31 mortales reuocans fulgenti a lumine uisus. 1375  
33 nescius at uates subitae uirtutis honorem

1289 corruptus *A* coherent *AC* 1290 illicet *C* obtatis *AC* dñi *C*  
1296 cum *A* om. *C*, te  $\pi$  1297 quicquid *AC* 1299 item *A* dampnare *C*  
1302 ceruice] uirtute *A* 1303 cōmissa *C* 1304 Viuemus] Quemuis *A*  
saecla] *A* 1306 post bella popullus *C* quiescet  $\pi$  1307 tantum] toto *A*  
1310 coniunx *A* sumpta *A* profanā *C* 1311 nam] iam *C* soles *A* solis *C*  
1312 uatis *AC* adsumserat *A* 1315 obtutu *Traube* 1316 mortalis  $\pi$   
a om. *A* fulgentia lumina  $\pi$  1317 uatis *AC* honore *Aedituulf*

- sacrato fulsisse sibi, formidine plebis  
 noscitat inmensi uelandum luminis ictum,  
 1320 ne Iudaea cohors cum uisu auerteret aures.  
 34 sed cum pacifica domini se ad uerba ferebat, 1380  
 lutea perspicuo tollebat lintea peplo.  
 35 5 ilicet exhibitis populo certante metallis  
 6 et quae Sidonio tinguntur uellera luto,  
 1325 artibus eximiis sacratam perficit aedem.  
 40 32 quam dominus missa sublimis nube repleuit 1385  
 in tantum, ut uates non posset scandere postes  
 33 sanctificos, quamuis toto se limine uelum  
 panderet et foribus custos non obuius esset.  
 1330 34 Haec cum mobilibus sese dimouerat auris,  
 36 castra mouebantur; nox rursum sueta reuerti 1390  
 fulgebat rubrae nimio de lumine flammae,  
 dum uolucris deferuet apex numenque praesentat,

1318 fulsisse *p* uisisse *A* uisæ *C* sacrata uisa sibi de  $\pi$  sacratum  
 uisum esse sibi *Traube* 1322 lutea | lintea *A* lintea *AC* 1323 illi et *C*  
 1326 replebit *A* 1327 uatis *AC* possit *A* 1328 lumine uelum *A*  
 imine uallum *C* 1329 foribus; frontibus *A* 1330 dimoueret *A* dimo-  
 uerit  $\pi$  1331 nox *A* inox *C* mox  $\pi$  reuertit *A*

FINIT LIBER EXODVS . CA

INCIPIT LIBER LEUITICVS *C* *q.* 56: *unoj*

## LEVITICVS.

- 1 9 Postquam conspicuo longinqua in deuia templo  
 extrema est inposta manus. mox cura sacrorum  
 uatibus incubuit, quo ritu quaeque litarent:  
 hostia peccatum demeret quae, quaeue salutem  
 5 caesa daret; quae dona potens, quae pauper ad aram  
 5 7 poneret et geminus quae ferret commoda turtur:  
 11 quaeue columba pari sociata et iuncta columbae  
 8 24 sed mirum, pecudum caesarum uiscera raptim  
 ignis edax celso rapiebat sidere missus.
- 10 10 1 Interea iuuenes uegeti iam fortibus annis.  
 esse sibi licitum stolido dum pectore credunt.  
 Nabdus et Abiudus, Aronis nota prophetae  
 pignora, sacrilegis accendunt ritibus ignem,  
 2 haut multum dilata nece: nam fulgur ab axe  
 15 emicuit supero atque inter uota necauit  
 non sincera uiros. multum genitore maerente.  
 5 frigentumque dehinc tumulantur membra sepulchro.  
 6 mox tamen abstinuit genitor lugere sepultos  
 germanique omnes, fletum prohibente propheta.
- 20 7 qui populo permissus erat: namque igneus ardor,  
 caelesti de sede uolans, concusserat omnes  
 inserto terrore uiros palamque uidebant

INCIPIT LIBER LEVITICVS AC (A f. 125<sup>na</sup>; C f. 57<sup>r</sup>)

1—26:

1 templum C 2 in(in C)posita AC sacrum C 4 quae demeret  
 quaeue AC corr. p quae dem. atque π 5 celsa A quae om. A  
 6 cōmoda C 7 pari sociata p priscociata (pscociata C) AC piae sociata π  
 9 ædax C 12 aronis AC 14 haut A haud C dilati A. nece dilata π  
 15 inter haec uota π 21 concusserat A concluderat C

- temnendum non esse deum. qui non foret absens.
- 25 9 Haec inter domini cognoscit uoce sacerdos  
uina negata sibi mellitaque sicera natis.  
ne. quando dominum positas uenerentur ad aras,  
halitus offendat uinoso ex pectore missus.
- 11 2 communis populo distinguit regula uictus:  
et quid uel liceat uel fas adsumere non sit,  
30 eloquitur. quem nostra etiam conuiuia morem 30  
13-15 caelesti sub lege tenent; ne uultur in escis  
aut coruus picaue fiant, neu buteo furnus  
accipiterue sagax aut miluus ore obunco.  
et quae difficile est metato edicere uersu;
- 35 ne quae munda parum congesta in pectore sidunt.  
innocuas tactu faciant sordescere fibras. 36
- 12 2 femina, quae licito uacuatur uiscera partu. 1  
si puerum generat, septeno in lumine sordet  
3 corpore cum toto; sed cum se uerterit axis  
40 octauus. quo sollemne est truncare pudenda.  
4 pelliculum demet ueretri. atque inde sedebit 5  
ter denis tribusque dehinc iam feta diebus.  
ne, quae sanctificis adolentur cultibus, audax  
polluat aut uisu aut foedo altaria tactu.
- 45 5 quodsi concepta laxarit membra puellae.  
obseruans geminum tempus nil fraudis habebit. 10  
6 quo deinde expleto confestim dona uouebit  
turtures aut geminos. similes aut terga columbas,

23 temnendum *C* 24 uoce/// (*m* *eraso*) *A* 25 que *om.* *A* 28 cō-  
munis *C* 29 assumere *C* 31 æscis *C* 32 pigaque *A* buteo/ (*s* *eraso*  
*iterumque in marg.* Nota buteo//) *A* 33 ore miluus abunco *A* obunco  
miluus ore *C* 35 q. *C* munda *om.* *A* congesto . . . . . in pectore  
(*septem litt. spatio uacuo*) *A* congesto *AC* *corr. p* 36 fybras *C* 37-94 :  
*om.* π<sup>1</sup> 37 uiscera *A* uiscere *C* 38 septimo *A* 39 reuerterit *A*  
40 .: octauus qui sol nitet *A* octaua qui sole nitet *C* *corr.* π 41 pelli-  
culum *AC* demet *A* debet *C* 42 que *om.* *A* iam *C* *om.* *A* foeta *C*  
43 neque *AC* scificus *A* adulentur *C* aduleter *A* *corr. Major* 44 pol-  
luta *AC* *corr. p* aut] ut *C* 45 *an* conceptae? laxaret *AC* *corr. p*  
puellam *C* 47 quod *A* fauebit *A*

- aut grege de molli candentis uelleris agnum,  
 50 7 ut saniem precibus ualeat cohibere sacerdos.
- 13 14 Morborum quoque effigies et signa docentur, 15  
 dumtaxat quos lepra creat, quae corpore toto  
 lutea pallenti perfundit uiscera tabo  
 albentemque cutem maculis feralibus implet.  
 55 ut, quia per domini nonnumquam exaestuat iram,  
 hoc medicante fugam capiat corpusque relinquit 2  
 orantis pro noxa uiri munusque ferentis,  
 paupertas quod praestat, ouans quae uincere dites  
 saepe solet: dominus uotum quia simplicis haurit.  
 60 nec grandis impensa tamen praestanda medendi:  
 14 10 nam pullos offerre duos agnosque gemellos,  
 ut uitulo coniungat ouem, ius praecipit omne,  
 polline cum tenui, quam sparsit riuus oliui.  
 21 haec diues offerre potest: sed munera paruorum  
 65 parua manent: namque aut uitulum mactabit ad aram,  
 qui uiget explicito bis senis mensibus anno,  
 et quiddam de farre pio, quod miscit oliuo,  
 22 turtures aut geminos, similes aut forte columbas.  
 15 2 Quin etiam somnos hominum quia saepe uoluptas  
 70 per noctem deludit iners, si forte ueretro  
 semina destillant, fit corpus turpe iacentum  
 7 inmundumque manet, donec iam uesper ab aethra  
 conspicuus laeto praecedat lumine noctem;  
 4 sqq. nec solum foedo deturpant corpora naeuo,  
 75 sed quidquid contingit agens, quem somnia fuscant:  
 13 id propter fluuio fas est perfundere membra,  
 puritas ut redeat propere cessante reatu.
- 49 uelleri signum C 50 V<sub>1</sub>/t (u eraso) C 52 quae] q: C quos A  
 53 pallente A pallanti C tabo A peste C 55 dominum A inaestuat C  
 57 orantes A ferentes A 58 q. C dites C diues A 59 saepae A  
 quia C quae A aurit C 61 gemelles A 62 oues C precepit A omnē C  
 64 parum A 67 Et quiddam p aut quiddam AC miscit] AC oliuo A  
 oliuum C 68 aut forte A nāque C cf. u. 48 69 etiam per s. C quia] quae A  
 saepae A 70 deludit tenero si A deludit ener si C corr. p (an ludit tenero?)  
 71 distillant C 75 quicquid AC 77 re/deat ut puritas (d eras.) A

- 12 testea quin etiam fas est perfringere uasa  
 contactu maculata uiri, at facta metallo  
 30 diluere ac uitreo sordes diducere riuo.
- 16 Hac etiam liciti coitus sub lege piantur. 45
- 13-15 ilicet exutis membrorum labe molesta  
 antistes praestabit opem, cum sole reuerso  
 septima puniceis aurora eluxerit astris,  
 85 turture si gemino ueniat subnixus ad aram  
 peccati uotique reus paribusque columbis. 50
- 19 Femina, decurso quae fit iam menstrua mense,  
 foedatur sanie madida, quae promitur aluo,  
 et quidquid tangit, maculat, dum septimus exit
- 90 25 lucifero redeunte dies; sin auctius urget  
 unda nocens certique abscedit temporis ordo. 55  
 indiscreta mali facies idemque reati
- 29 finis erit, sanctam si promat munus ad aram  
 ex his, quas domino constat placuisse uolueres. 58
- 95 16 1 Interea extinctis merito sub crimine natis 37  
 Aaronis proceris dominus haec intimat ingens,  
 2 ut, quia praetentis dimissa umbracula uelis  
 altar habet sacraque simul praenubitur arca, 40  
 temporibus certis sese referatque locetque
- 100 sacerdos pia uota ferens, quia sanctus ibidem  
 consistat dominus albenti in nube uidentis.  
 3 sic tamen ut uitulum proprio pro crimine mactet.  
 5 7 proque synagoga similes mox immolet hircos.  
 8 10 sorte sub oblata, unus qua deuius erret.
- 105 peccantum delicta ferens secumque recondens.  
 9 ast alius placidam ut domino mactetur ad aram,  
 optima siderei laturus commoda doni.

79 metalli A 80 ac] hac C diducere C deducere A 81 hac pπ  
 haec AC 82 illic et C 87 facinora A fit A sit C mense A  
 89 quicquid AC maculat om. A 96 aronis A 97 quia] qua A  
 98 qu'e ex quae A 100 quia] quae A 101 constat A consistit π  
 102 sic p is AC 103 quae A sinagoga C imolet C hircos AC  
 104 qua] qui π 105 peccatum A 106 placitam A 107 comoda C

- 17 14 Bestia uel uolucris, nullo quae sanguine fuso 50  
 functa fuit, nullis prandentum est congrua mensis:  
 110 idcirco quoniam multorum in sanguine mens est.  
 13 atque etiam si forte pecus mucrone peremptum  
 laxarit croceam sectis de faucibus undam. .  
 debet terra tegi. ne sit non condita fraudi. 55
- 18 Instruct hinc dominus, quae sint consortia noxae  
 115 quaeue iuuent parili concordia pectora nexu.  
 quae certis digesta modis hic explicat ordo: 58  
 7 inprimis genetrix cubili accomoda non est. 59  
 in quo nupta iacet, nullumque agnouerit usum 60  
 excepta pietate sui mens sedula nati.  
 120 ut quae paternis nonnumquam amplexibus haesit.  
 9 sqq. hoc germana modo, eadem de matre creata.  
 aut neptis inspecta tibi natoue nataeue:  
 12 non amita affectu nec sit matertera foedo 65  
 15 iunctior inue nurum noxalis luxus oberret.  
 125 16 uel nuptam, quam frater habet; non nouerit usum  
 17 filia, quem genetrix. lectoue incumbat eodem,  
 uni mixta uiro, coniunctaque nomina turpet.  
 si nouerca fiat canorum feta nepotum. 70  
 ut quae priuigno coniungitur. et duas uno  
 130 18 germanas cohibere sinu res absona iuri est.  
 20 uel quam coniuncta uobis de plebe capessit  
 21 proximus: haut natus detur seruire potenti,  
 ne uetito nomen domini uioletur in actu. 75  
 22 masculus obsceno ne sit permixtus amore.

108 uolucres *A* q, *C* 109 prandenda *A* prandentū *C* corr. *p* prendenda π 111 etiam] iterum π 112 laxaret *A* laxare *C* corr. *p* roseam π 116 degesta *A* 117—139 om. π<sup>1</sup> 117 genetrix *C* cōmoda (ac om.) *C* 120 ut *p* et *AC* 121 de *A* l' *C* 122 natae] nata *C* 124 iuntior (c *minio* ss.) *C* inuenorum *C* inuenarum *A* corr. *p* (cf. c. XVIII 14) antea in uenerem *p* oberret *C* abhorret *A* 125 usu *A* 126 quem] q̄. *C* quam *A* corr. *p* incubat *A* 127 coniuncta] iuncta *A* que] ue *C* 128 foeta *C* 129 ut *Mayor* et *AC* 131 nobis *C* 132 aut *AC* corr. *p* 133 actu] ictu *A* *ut*. 132 sq. non suo loco legi uidentur

- 135 23 neu sexum deturpa tuum, nec quadrupes ulla  
nouerit informes coitus nuptaene uirue:  
24 crimina quae propter dominum laesere potentem  
25 gentes multimodae, terraque his omnibus iras 80  
exhibet et sordes, quibus est infecta, refutat. 81  
\* \* \*
- 140 19 9 at cum triticeas tondet iam messor aristas, 59  
10 uel cum fluentes resecat uindemitor uuas, 60  
nemo legat totum, ut pars linquatur egenti.  
11 quae suprema fuit. mendum ne dixerit ullus.  
neu furtis seruire uelit nec perdere fratrem
- 145 12 nec super iniustum iurandi inponere iura.  
13 laedere ne libeat quemquam uel rapta tenere. 65  
neue operi pretium demat mercede locati  
14 uel una sub nocte uiri; neu dicere surdo  
surde uelis damnumue exprobres corporis ulli.
- 150 15 iudicis arbitrium ne sit propensius umquam  
in laeuum dextrumue latus, quia pauperis una 70  
eximique uiri debet persona uideri  
illis, qui posita rectum discernere lance  
16 mente queunt docili. mox turgida pectora frena,  
155 inuisus ne forte fias, dum despicias omnes.  
17 oderis aut fratrem, tacita si cogaris ira, 75  
sed castiga magis coramque euolue locato, 79  
ut uitet commissa prius mentemque reformet. 80  
18 et cum iura tibi fuerint commissa nocendi,  
160 motus pone libens iramque emitiga totam,  
pectore quae tacito dudum contracta uigebat;

135 deturpat tuum *C* quadrupis *A* 137 lesere *AC* 138 q. *C*  
quae *A* iras *C om. A* 140 at| aut *A* tundet *A* 141 uindemiator *C*  
142 ægenti *C* 143 suprema *C* 144 fortis *A* pdere *C* prodere *A*  
145 iniustum *p* iustum *AC* inponere *C* 147 operi *A* opere *C* 149 sur-  
de *AC* surda  $\pi$  dampnum *C* 150 ne| non *A* 151 leuum *AC*  
153 rectum| rerum  $\pi$  154 quaeunt *A* pectora *om. A* 155 dispicias *A*  
*post* 156  $\pi$  *nescio quo errore ponebat* 163—165 158 cōmissa *C*  
159 cōmissa *C* 161 tacito *AC* tacita  $\pi$



	ne dominus sis ipse tui uindexque doloris.	84
	utque tuis cupies iucunda et commoda rebus.	76
	sic fratri deposce tuo. ne dissona mens sit.	
165	19 hoc seruare uiri sanctoque insistite iuri.	78 85
	Sint iumenta tuis subnixa et subdita plaustris	86
	corpore consimili. nec taurum iunge caballo	
	frena regens: uirides inter nec spargito uites	
	farra serens: uestisque tibi nec discolor ulla	
170	diuerso sit texta modo filouae biformi.	90
	20 diligit ancillam si quis mercede seorsa,	
	nondum iure dato. quod seruis missio praestat	
	et data libertas. mortali crimine caret,	
	[puella] si non iuncta uiro sensum coniunxerit unum,	
175	si facilis nullo coitus luctamine praestat.	95
	21 lenitur per uota deus. si de grege molli	
	uotiuus aries domini mactetur ad aram.	
	23 insita siluestri quotiens sunt germina trunco.	
	carpite post ternos nequaquam poma decembres.	
180	24 sed summo sacratae deo; quia quintus edendi	100
	25 iura dabit uobis licitis cum uictibus annus.	
	26 auguriis seruire nega atque auspicis orsa	
	27 pro ueris audire fuge; rectumque capillum	
	crispanti rutilare coma, uel carpere barbam,	
185	28 aut ferro signare cutem, uel stigmata membris	105
	indere corporeis haut umquam mitia membris.	
	29 filia blandiloquis ne sit te mancipis moechis	
	31 aut turpi transcripta thoro; cantuque medentes	
	32 euitate uiros; dignaque accersite noxa.	
190	si iuuenis uetulo non adsurrexerit, et si	110
	barbato cuiquam puer, quia grandior aeuo	

163 utque *C* iudicanda et rebus comoda *C* 168 reges *A* 171 ancillas *A*  
 ancillas *A* corr. *Mayor* 174 si puella non *C* puella si non *A* corr. *p*  
 175 praestet *A* 176 laenitur *C* 178 quoties *C* 180 edendi *C*  
 181 conuictibus *A* 182 auguris *C* 184 crespanti *C* 185 cutem signare *C*  
 186 haut] aut *AC* 188 transscripta *A* thoro *AC* 189 accersite noxa *A*  
 arcersit enoxa *C* 190 uitulo *A* 191 cuiquam puero *A*

		postulat officium, paternis quod datur annis.	
	35	sit modio mensura tuo non debilis umquam:	
	36	nec trutinam serues, cui sit semuncia fraudis.	
195		iustus iusta deus quocumque exquirat in actu.	115
	20	6 et qui uentriloquos poscunt responsa, refuta.	
	21	5 defunctum propter nullus deponere barbam aut nudare caput studeat frontemue serenam polluat aut quidquam, quo sit deformior, optet.	
200	7	femina, noctiuagus si quam possedit adulter. coniugio est indigna uiri, quem postea sumat. et quae de sensu, quo sunt diuortia, missa est.	120
	10	nesciat alterius thalamos; purusque sacerdos omnibus in rebus nitidum praestabit oliuum.	
205		quo perfusa prius sacrati uerticis arx est.	125
	13	huic coniunx de gente sua conpertaque soli	
	14	haereat et uiduam uitet luxuue nocentem,	
	15	ne maculosa fiat uetita de matre propago.	
	17sq.	et si quis uitium quodcumque in corpore gestat,	
210		<ille> haud dignus erit, qui <munia> sancta capessat.	130
	22	3 corpora pura placent, maculis haut inlita foedis, 4 femineus quae luxus habet, cum uota sacrantur. quae captu pro quisque suo deuouit ad altar.	
	21	23 quin et uela simul nequaquam iungere fas est;	
215	22	9 nam maculis sordent. purus est rector in altis.	135
	12	filia sanctifici fuerit si tradita uatis externi sub iura uiri, libamina prima	
	13	nequaquam contingat edens: si coniuge functo aedibus in patriis coepit consistere, sumat	

192 paterni *A* 196 refutat *C* deuita *A* corr.  $\pi$  197 difunctum *A* 198 ue]  
que *A* 199 quicquam *AC* optet] obtet *A* aptet  $\pi$  200 si quam  $\pi$   
si *om.* *AC* 205 arx] ara  $\pi$  206 coniunx *A* cōperta *C* 207 ue]  
que *A* 210 haut (haud *C*) dignus erit qui sancta capessat (capissat *A*)  
*AC* (*nulla neque in fronte neque in medio uersu lacuna*), Munia non  
hic dignus e. q. s. c.  $\pi$ , *eum secutus* corr. *p* 212 quae] q. *C* quas  $\pi$   
fluxus  $\pi$  217 hesterni (hē *C*) *AC* corr.  $\pi$  iure *AC* corr. *p* libana *A*  
218 edens *C*

- 220 quem genitor. securo cibum panemque uicissim.  
 14 quod si sancta manu quicumque admouerit ori  
 nescius. ob culpam quintas deportet ad altar.
- 24 2 Pendeat ante tholum lychnus laquearibus altis. 82  
 noctibus ut praestet flammatum lumen oliuum.
- 225 ne decursa dies pallentes misceat umbras  
 aedibus in domini sanctaque altaria condat. 85
- 10 Haec inter calido iuuenes duo felle mouentur:  
 hic Hebraeus erat. alius generatus Aegypto.  
 dumque alterna sibi dicunt maledicta frementes.
- 230 11 immensum domini nomen fuscare querella  
 non timuit Iudaeus iners. dum ducitur ira.  
 14 quod facinus propter castrorum ex aggere tractus  
 et positus campi medio. mandante loquella  
 sublimis domini, saxorum concidit ictu.
- 235 percurrit pia iura deus atque omnia pandit.  
 \* \* \*
- 25 25 Indigus alterius quotiens uult sumere nummos 86  
 pignore deposito. si rus addixerit illi,  
 cuius poscit opem, reddat sibi credita promptim,  
 cum fuerit ditata manus. atque illa receptet,
- 240 quae fuerant transcripta prius: in perpetua uita 90  
 28 indigus extiterit. illo fit liber in anno.  
 quo cunctis est missa quies et dulce leuamen.  
 29 quod si forte domum media quis mancipet urbe,  
 restituat hic aera sibi commissa per annum,
- 245 30 ne post emissum dimittat praedia tempus. 95  
 35 sic tamen orantum danda est pecunia dextris,

220 genito *A* cum genitore cibum securo  $\pi$  221 quaecumque *A*  
 ore *A* 223 ante tholum] & holum *A* lignus *C* licinus *A* 224—226  
 om.  $\pi^1$  224 flammatum *AC* 227 duo *p* dum *AC* 228 aebraeus *C*  
 ebraeus *A* 229 quaerella *A* quaerela *C* 231 dicitur: sed ic *ni f.* ex  
 u corr., ut syllaba ue efficeretur *C* 232 loquella *C* 236—265 om.  $\pi^1$   
 236 quoties *AC* 240 trans scripta *AC* 241 exstiterit *A* 244 cõ-  
 missa *C* 245 praesidia *C* 246 tamen] tunc *A* ornantum *AC* corr. *p* $\pi$ .

	36	exigat implicitum ne post usura lucellum.	
	39	quisquis inops tenuem uitae non sustinet usum ac duros perferre dies, meliusque putabit	
250		subdere se domino iam libertate remota, non ferat ille iugum ueluti de serua creatus,	100
	40	sed uelut adscitus positae mercedis ad actum,	
	41	donec decurso redeat iam tempore liber, quo cunctis concessa simul sunt otia rebus.	
255	48	ac si ceu domini imperio distractus abibit, proximus hunc redimat, aut, si non adfuit ille, contribulis quicumque sui commercia fratris iussus agat iugumque uiro seruile sequestret.	105
	50	nam si legitimo fuerit diuenditus aere,	
260		seruiet, optato ueniat dum tempus in anno, quo cuncti sua iura simul dimissa resumunt.	110
	52	aut, si parua fuit annorum summa, labore conpleat hanc proprio manuum quem praestitit actu.	
	54	sic abeat, quocumque uolet, secumque reducat	
265		libera securos pariter cum coniuge natos.	115
26	3	talia sincero condentem pectore iussa	153
	6	pax tranquilla manet, nullo quam bella tumultu proturbare queunt; longos sed missa per annos	155
	5	otia multimodo complebunt horrea fructu.	
270	7	quin etiam si tela ferox destrinxerit hostis,	
	8	exigua bellante manu detrusus abibit, quam libet immensas acies in proelia ducat.	
	14	ast illum, qui iussa dei sublimia uitat,	160
	16	mortis terror aget, ceu ferrum torqueat hostis,	

247 implicitum *C* urura *C* 248 inobs *C* 250 se nomino *A* 252 uel  
ut *A* uelud *C* mercedes *C* 253 decursti *C* 254 quo] qđ *C* 257 contribulis]  
Tribulis *C* 258 iussus] uisus *A* seruire *C* 259 deuenditus *C* 260 serui & *C*  
seruiat *A* 262 annorum *p* nummorum *AC* 263 EXPLICIT 263-309 *AB*  
EXPLANATIO [*sc. Wigbodi*] LIBRI EXODI; Conpleat *e. q. s.* (*continua* ( $\omega = ABC$ ,  
*scriptura*) *B f. 129<sup>v</sup>, 2 med.* compleat *AC* manuum *A* manum *BC* quem] *L = AB*)  
quam *A* abiat  $\omega$  quoc.] quaec. *A* 265 securos *A* securus *C* securas *B*  
266 pectora *C* iusa *B* 268 quaeunt *L* 269 cōplebunt *C* 270 ferox *L*  
uelox *C* distr.  $\omega$  272 praelia *BC* 274 agit  $\omega$  *corr. p* hostes  $\omega$  *corr. Mayor*

- 275 17 praecipitique fuga trepida condetur in urbe.  
 20 hinc postrema fames morbis pallentibus illum  
 ambiet et saturus quamuis ieiuna putabit  
 ora sibi semperque metu redeunte timebit.
- 280 21 ac si conlubitum portis bipatientibus ire,  
 quo sensus duxere sui, hunc maesta per agros  
 22 undique desertos heremus confundet euntem,  
 raptoresque lupos et quae sunt dente uel ungui  
 terribiles per rura ferae, plus triste timebit:
- 26 et quamuis pingui generetur caespite terrae  
 285 uerna seges, teneras culmis non promet aristas.  
 29 natorum tum membra pater ceu dulcia morsu  
 adpetet atque fame genetrix demittet ad aluum,  
 quod genuit fecunda prius. tum uinacula captis  
 33 inponet iam uictor ouans flammaeque micantes
- 290 adtollent rutilos per tecta ingentia crines,  
 urbibus in cinerem uersis, quae foeda gerentes  
 ambierant ualido quondam tutamine muri.
- 30 deficient tituli, uanarum insignia laudum;  
 et quae pulchra prius fuerant, destructa peribunt,
- 295 44 ut deus in celsis semper uenerandus ametur,  
 idola quem nequeunt mentito adtingere cultu.
- 27 Quae deinde in uotis maneat taxatio dragmae, 116  
 femina si fuerit seu mas donatus ad altar,  
 perscripsit rubrica dei, seu grandior aeuo,  
 300 seu puer aut uirgo nondum pubentibus annis,  
 seu domus aut fundus, seu quidquid mente dicatur, 120

275 conditur  $\omega$  corr.  $\rho$  condatur  $\pi$  276 hinc  $\rho$  huc  $C$  hic  $L$  famis  $\omega$   
 psallentibus  $C$  277 ambiit  $BC$  281 desertos  $A$  deserto  $BC$  aeremus  $C$   
 confundit  $AC$  confudit  $B$  282 ungui  $AC$  lingui  $B$  284 cespit  $\omega$   
 285 culmis | culmes  $B$  culmus  $\pi$  promit  $AC$  promittit  $B^1$  (tit *post eras.*)  
 286 dulcida  $B$  287 appetet  $C$  genetrix  $C$  dimittet  $AC$  dimittit  $B$  corr.  $\pi$   
 al/uum  $B$  289 impone dam uictor  $C$  290 attollent  $C$  per tecta | per te  $B$   
 293 difficient  $C$  dificiente  $B$  uariarum  $\pi$  294 quae | q.  $C$  fuerant prius  $BC$   
 295 celsi  $B$  coelis  $\pi$  296 nequaeunt  $B$  attingere  $C$  297—309 om.  $\pi^1$   
 297 taxatio  $A$  301 quidquid | quicquid  $AC$

cum secura deo gaudet mens credere summo,  
 seu cum sollicitis agitur permota periculis,  
 in quibus implicitus ne sese inuolueret error,  
 305 pars expressa manet, pars est concredita uati,  
 30 ut decimos etiam taxet sententia fructus. 125  
 31 si libitum retinere pecus agrumue domumue,  
 donantis sub iure fuit: mox pendat ad altar  
 commoda quae pretiis indunt concordia nummi.

302 menso *B* credere *A* reddere *BC* 303 sollitis *B* periculis *B*  
 304 implicitus *C* 305 expraessa *B* congregita *B* 306 decimus *B*  
 308 alta *B* 309 cōmoda *C* conmoda *B* praetiis *B* induunt ω *corr. p*

FINIT LIBER LEVITICVS: INCIPIT METRVM SVPER NV-  
 MERVM A

EXPLICIT METRVM SVPER LEVITICVM (*f* 130,<sup>r1</sup>)

EXPLICIT LEVITICVS INCIPIT METRVM SVPER NVMERVM  
 (*f* 135,<sup>r1</sup>) B

EXPLICIT LIBER LEVITICVS INCIPIT LIBER NVMERI C

## NVMERVS.

- 1    1    **V**erterat interea solitis recursibus annus,  
       mensibus explicitis sua per uestigia currens.  
       postquam lecta deo pubes Nilotica liquit  
       litora et e Pharia tandem migrarat harena;  
 5    2    cum deus astrigera fulgens de sede locutus  
       imperat, ut uates tribuum mandata tribunis  
       certa ferat plebemque dehinc percenseat omnem,  
       3 sepositis pueris et quos iam grandior aetas  
       exhibet immunes trepidi sub cura duelli,  
 10    ut, quae summa fiat, bis denis noscat ab annis.  
       18 illi alacres relegunt numero corrente per omnes  
       turmas quisque suas cursimque inspecta locuntur  
       nomina, bissenis tribubus quae condita perstant.  
       46 haec sexcenta simul conplerunt et tria iunctim  
 15    milia, quingentos pariter si iungere cures  
       44? quinquies et denos, domuum cum deinde uiritim  
       notio perdocuit procerum bis milia sena.  
       49 Leuitas uero, domini quos cura sacrorum  
       sola manet, uetuit plebis coniungere summae.  
 20    hinc adlecta deo Getsonum milia septem,  
       3 17 28 quingentis pariter positis; Gaada seorsum  
       bis quaterna facit sexcentis comminus auctis;  
       33 tertia bis ternis sed milibus atque ducentis

3 pubis  $\omega$  liquid *C*    4 e faria *A* ef faria *BC* migraret *B*    5 lo- 1-61  
 quutus *B*    6 uatis  $\omega$     7 feret *B*    8 aetas *p* aeuum  $\omega$     10 quae] q. *C* ( $\omega =$   
 11 omnē *A*    12 tōrmas *B* loquntur *C*    13 quae] q. *BC* pstant *A*    *L =*  
 14 sescenta *B* cōplerunt *C*    15 cu/res (r *eras*.) *A*    16 domuum *C* doemum *A*  
 domum *B*    21 gaada *C* caada *A* gaad *B*    22 cōminus *C* conminus *B*  
 23 sed milibus *p* similibus  $\omega$

	34	exhibuit patrio dicta sermone Merara.	
25	25 31 36	has diuersa manet quoniam custodia summas sacrorum templique dei, sic castra sequestrant.	
	23	prima legit pelagus; alia se porgit ad austrum;	210
	29 35	tertia praegelidas aquilonis respicit auras.	
	38	at qua prima rubet uenientis flamma diei,	
30		maxima conspicui ponunt tentoria uatis.	
	40	hinc genitos primo pueros dinoscere partu et domino sacrare parat, qui milia complet	215
	43	bis undena, simul bis centum si superaddas septies et denos, pro quis adsumere dragmam	
35	46 47	uatibus est licitum sacrisque addicere templi,	
	49	emptos cum ueluti diuina eliminat ara.	
4	48	ilicet adplicitos sacrarum ad munera rerum ex Getsona manu Gadaque et dicta Merara bis quaterna legunt quingentis milia iunctis,	220
40		quinquaginta super positis, quos ferre seorsum	
	49	ornamenta domus domini uel promere iussit.	
5		sic ibi iam positis sumebant otia castris;	225
	2	ex quibus excludi placuit trans limina portae, morborum quis dira tabes corruperat artus,	
45	3	ne ualidos inter positi contagia ferrent, abdita dum calidis errant discrimina uenis.	
	12	ilicet uxori tacito qui pectore zelat,	230
	13	nec testem, qui prodat, habet, si serus aduiter polluerit casti quondam cubilia fulchri,	
50	15	ad uatem festinus eat coramque praesentet.	

24 inerara *B* 27 porgit *A* pergit *C* porrigit *B* 29 At qua *p* Et qua  $\pi$   
a qua *A* atq. *C* adquã (*ã al. ex a*) *B* uenientes *C* 32 complet *AC*  
33 undena simul bis centum *A* undenas bis simul (simus *C*) centum *BC*  
35 scaris *A* 37 illicet (illic et *C*)  $\omega$  38 exiget sona *A* mana  $\omega$  *corr. p*  
39 quingentis *B* 42 sic ibi *p* sicubi  $\omega$  43 ex] e *B* lumina *AC*  
44 tabis *BC* corruperat *C* 45 ualidos *L* ualidus *C* ualidis  $\pi$   
46 uenis] ueniis *B* 47 illicet  $\omega$  zelat *C* 48 si serus (rerus *B*)  
aduiter *BC* sir seruus serus aduiter *A* 49 polluerit *C* condam *A*  
50 at *C*



- quam credit peccasse sibi. canamque farinam.  
 hordea quam faciunt, sacratum promat ad altar.  
 quam nec ture linat. nec pingui inroret oliuo.
- 55 17 praeuidus hic uates undam de fonte capessat  
 fictilibus labris, modico quam puluere tinguat  
 quem capit e media pronus testudine templi.
- 18 mox illam nudare caput palmisque tenere  
 conpellet geminis memoris libamina sacri.  
 utque bibat latices secum maledicta tenentes.
- 60 19 conpellet senior. quae fit si criminis exsors,  
 inlaesa cum mente manet uultuque sereno.
- 20 at si sub tacitis celantur crimina fibris,  
 21 turgebit subita mulier tentigine morbi,  
 obscenumque femur putri cum carne liquescet.
- 65 27 insuper et plebis acuit maledicta iocantis.  
 dum facili exprobat commissa piacula risu.
- 6 2 Haec inter casto uitam si ducere ritu  
 mente parat quisquam uotique implere reatum  
 peruigili exoptat sensu, ne luxus in ipso  
 70 corporeus certo possit sub fine uigere:
- 3 uina neget sibi nata libens et cuncta refutet  
 pocula, quae calidis in uinum uertere lymphis  
 aut melle aut pomis consueuit cura bibentum,  
 4 cum liquidos puris renouant de fontibus haustus.
- 75 horreat hic uuas; acinum nec mordeat ullum.  
 qui uini uel rore madet, uel solibus aret  
 in passum crispo concretus margine rimae;  
 quin etiam laticem mordacis uitet aceti,

51 52 coramque farinam (*om.* praesentet-canamque) *A* 53 ture *B*  
 thure *C* tere *A* 54 prouidus  $\pi$  uatis  $\omega$  capisset *A* 57 illam *p* illa  $\omega$   
 capud *A* 58 conpellet]  $\omega$ . conpellit  $\pi$  59 que] quae  $\omega$  tenentis  $\omega$  60 quae]  
 q. *C* fit] sit  $\pi$  exors *C* 62—172 *om.* *B* 63 subito *A* tertigine *A* 64 absce-  
 num *A* que] *C* faemur *A* putri] pariter *A* liquiscet *A* 65 iocantis] locantis  
 (*sic*) *AC* loquentis  $\pi$  66 facile *A* cōmissa *C* 67 hic *A* casta *A*  
 seducere *C* 69 exoptat *A* 70 uigere sub fine *A* 72 limphis *A*  
 75 modeat *A* 76 qui *AC* quod  $\pi$  77 inpassum *C* insparsum *A* magine *A*

	sobria mobilibus delibans pocula riuis;	
80	5 concretamque gerat toto cum tempore barbam, qui uoto perscriptus erit; crinemque fluentem	
	6 intonsus conseruet apex; lustrare sepulchra	265
	7 nesciat et patrum tumulos bustumque sororis, 8 ut sanctus persistat honor. si forte sub isdem	
85	9 conpositus tectis aliquis laxauerit artus, morte obita, infectum ueluti sordescere coget.	
	is igitur ueniam curis mordacibus oret,	270
	tondeat et crinem squalenti in uertice pastum;	
10	et cum clara dies septeno eluxerit ortu,	
90	turtures aut simili candentes pluma columbas	
	11 offerat, ut uitium uatis per uerba leuetur	
	12 atque precem; iactura tamen sit temporis eius,	275
	quo prius abstemius fuerat, rursusque capessat principia optatis iterum currentia uotis,	
95	quaesitam ut meritis ualeat contingere metam.	
	14 omnibus his gestis, postquam sua praemia compos certa tenet, similes albensis uelleris agnos	280
	offerat, expliciti bidentes cursibus anni;	
	16 unus ut occumbat quaesitae ad praemia mercis	
100	17 peccatumque leuet; nitidi iam corporis alter atque salutiferos aries decumbat ad actus.	
	15 ille etiam niueos panes conspargat oliuo,	285
	et quicquid sacri ueteris sollemnia poscunt, 20 ut ualeat rursus desueta adsumere pocla.	
105	23 ergo agite, et plebem quotiens sacrare precatu orantem cupitis, hoc Christum poscite fatu:	

79 dilibans *A* 81 perscriptus *A* pscriptus *C* praescriptus  $\pi$  84 ut] et *A* hisdem *AC* 86 obita *p* oblita *A* sopita *C* ueluti] ueluti *A* morte uelut subita infectum  $\pi$  88 crinē *A* partum *A* 89 septimo *A* 92 Atque] Et *C* praecem *A* lactura (*sic*) *C* sit] si *A* 93 capissat *AC* 94 obtatis *A* 95 metam] *A* m̄tē *C* 96 cōpos *A* campos *C* 98 bidentes *A* uiuentes *C* 101 salutiferus *A* 102 ille] uel *A* niueos] nouos *A* conspargat *AC* 103 quicquid *AC* sollemnia *C* solempnia *A* 104 pucla *A* 105 quoties *AC* praecatu *A*

- „Dextera uerticibus hominum dum prona recumbit, 2  
 24 candidus aetheria uobis benedicat ab aula  
 omnipotens, custosque fiat per saecula uester,  
 110 25 fulgentemque deus faciem super omnia uestrum  
 attollat capita, et sit miserator in aeuum;  
 26 eleuet et uultus, ut uos de sede reuisat 2  
 inclita et ingenti dominus det munere pacem.“  
 7 1 nec minus interea uates circum omnia promptus  
 115 iussa dei primam castris socialibus aedem  
 exornat domini pinguique inrorat oliuo.  
 et quaecumque nitent argento effecta uel auro  
 uasa domus sanctae, simili de flumine lauit.  
 2 3 plaustra dehinc, tribuum dederant quae iuncta tribuni,  
 120 cornigeris bobus parilem diuisit ad usum  
 6 Leuitisque dedit; geminis bis ducta iuuentis  
 7 carra duo primae Getsonum tradita turmae;  
 8 at Merara cohors quaterno bis boue iuncta  
 quattuor accepit rebus carpenta ferendis,  
 125 quae sacris sunt facta dei; nam sola Gaada  
 9 immunis donis gestauit pondera collo.  
 11 Interea tribuum proceres pia dona ferentes 129  
 discretos habuere dies; namque agmina plebis 130  
 2 sunt quingenta, simul uiginti et milia bina,  
 130 bis senis ducenda uiris, quorum ordine primo  
 12 uouit Iuda tribus donum Nassone tribuno;  
 13 14 in quo uasa dedit argente insignia fuluo,  
 quae simul expletis faciunt bis pondera centum 135  
 atque decem, niuea prorsum siligine plena,

111 attollet *A* miseratus *A* 112 de sidere uisat (siderae *A*) *AC* corr. *p*  
 113 inclyto  $\pi$  114 uatis *AC* prumtus *A* 118 simile *A* labit *AC*  
 119 quae] *q*. *AC* 120 b6bus *A* 124 accipit *C* gauada *A* 126 donis *C*  
 doni *A* 127—175 *om.*  $\pi^1$  128 discr& (os uel is *om.*) *C* discretis *A* corr. *pr*  
 129 quingenta *p* quinquaginta *AC* XX *C* 130 senis *C* denis *A* du-  
 centa *AC* corr. *p* ordini  $\pi$  131 uou't *A* nassone *A* nasone *C* 133 .c. *C*  
 134 decim *A* siligine (*t.* simile *ss. pr.*) *A* siligenae *A*

- 135 13 sacrorum ex more riuo uiridantis oliui  
 15 praemadida uitulumque dehinc agnumque nitentem  
 16 arietemque simul, haedus cui iungitur albens,  
 17 qui peccata leuat, simili cum fronte iuencas 140  
 una duas, quae sacra iuuant coniuncta saluti,  
 140 arietes quinque hircosque agnasque sequentes  
 consimili numero: primi sunt muneris ista.  
 18 sqq Post haec quaeque tribus discretis laeta diebus  
 dona dedit nusquam fraterno in munere discors, 145  
 omnibus in uasis pariter si summa locetur.  
 145 85 at uero in gabatis caelato ardentibus auro  
 uiginti centumque fiunt per pondera librae.  
 89 Haec ubi deuouit sacrorum insignia uates,  
 effantem dominum sacrata audiuit in aede, 150  
 dum super eximia rutilans fastigia candet  
 atque Cherubinos inter dat dogmata legis.  
 150 8 2 nec minus et positae diuersa in parte lucernae  
 bis senas uomuere faces, quas candidus ordo  
 distinctim rutilare dedit, dum brachia pandit 155  
 aurea ceriforum, discreta et lumina fulcit.  
 155 24 Interea Leuita manus donaria tractans  
 a bis uicenis et quinque adsumitur annis,  
 25 et qui seruitium iam denis quinquies annis  
 explerit domini, uacuus sit cura parendi 160  
 inque locum uetuli iuuenis succedat et adsit.  
 160 7 quorum rore leui redduntur corpora pura  
 fluminis aut fontis, et acuti lammina ferri  
 caesariem comit, si crinis sorduit ingens.  
 indumenta dehinc studio curaueque lauantur, 165  
 ne quando occultum maculent contagia corpus.

135 oliuo A 136 nitente A 137 hedus AC 139 duos A 140 hircos AC  
 agneas C 141 primis A 146 que] ue C fiant A 147 uatis AC  
 148 effantem A affantem C aede C 150 cherubin ostendat dogmata A  
 151 diuerso A 154 cereforum AC 156 Aabis C assumitur C 159 ue-  
 tili A 161 acuti et AC corr. p lamina A 162 caesaream A sordi-  
 uit A 164 ne quando A nequa uel C occultim π

- 165 Haec inter de plebe uiri, quos criminis atrox  
 9 cura sequebatur, animo dum teste fatentur,  
 7 sqq. exorant procerem, si possent pascha sacratum 170  
 consueto celebrare die; quos ille parumper  
 sustinet ac domini subnixus iussa precatur  
 170 mandatumque refert, quod tinctis crimine ius est  
 insignem sacrare diem cultumque referre.  
 quem nox laeta monet, decurso cum uenit anno.  
 13 At uero innocuus populi si festa retractet, 175  
 nec procul a templo teneat hunc cura uiandi.  
 175 crimen habet mortis: lex est haec omnibus aequa. 177  
 10 Postquam cuncta pius perfecit munia uates. 311  
 12 13 quae templo sunt digna dei. mox agmina mouit  
 2 terrificasque tubas ualidis clangoribus implet.  
 quas prius argento domini per iussa pararat.  
 180 lammina dum tenuis teretem sinuatur in orbem.  
 3 exiguum[que] signum uentosa ad murmura pandit 315  
 ordinibus positis. ut primo bucina cantu  
 sollicitas acies ad sancta oracula sistat.  
 \* \* \*  
 5 haec properat prima castrorum portio, quae se  
 185 porrigit aurorae primaque ad lumina solis.  
 6 cumque alios sonitus iteret tuba, prodeat agmen, 320  
 quod leuis obuerso de cardine respicit auster.  
 tertius at crepitus litui legionibus illis  
 dat signum, quae castra tenent contermina ponto,  
 190 post quas uasa legit aquiloni obiecta iuuentus.

168 caelebrare A 169 hac C praecatur A 171 sacrare] seruare A  
 referre] ferere A 172 nox] mox A conuenit A 173 innocuus B 178-228A  
 (f 135<sup>n</sup>, 2) 176 praeficit B uatis ω 178 clamoribus A 179 quas] (ω = AB  
 L = AB)  
 quam B parat B 180 tenetem B 181 que signum ω que del. p;  
 que sonum π 182 orbibus B 182 183 cantu sollicitas acies  
 ad sēm moracula sistat B 183 exciderunt aliquot uersiculi 185 f. primi p  
 186 prodiat A prodigia agme B 187 lenis π respitur B 188 at C  
 ad L ut π crepitus A 189 quae p quem ω 190 post quas uasa p  
 postquā suasa C post quam suas L post sua selegit π aquilon C obiec-  
 tatio eius (iuuentus om.) B

	7 at cum Leuitae diuina ad munia lecti	325
	agmina conmorant, Aronis pignora uatis,	
	iam tum pontifices, lituos inflare manebat	
	cura decens cunctaque deo transcripta ciere.	
195	12 deueniunt primis longa in deserta uadentes	
	29 ad Pharana locum castris; hic uates amico	330
	exorat generum fatu Raguele creatum	
	Obabum iuuenem, terrae Madanitis alumnum,	
	ut pariter gradiens promissa ad regna ueniret,	
200	in quibus ubertim manarent dulcia plenis	
	mella fauis niuei multo cum flumine lactis.	335
	30 sed piger et dubia paulisper mente moratus	
	ad patrias mauult cursum conuertere sedes,	
	31 nequaquam edomitus soceri sermone rogantis:	
205	32 „Cur, inquit, diuersus abis? huc dirige mentem:	
	quo domini nos regna uocant, quae ditia semper.	340
	semper honorata nulla sub labe uacillant.	
	et quae causa tamen tam dura et nescia nobis	
	te mouet, ut fines repetas gentemque paternam?	
210	quam procul et dudum, sensu meliora petente,	
	dimissam mediis heremus disiungit harenis;	345
	in quo nulla tuos mouit sententia sensus.	
	et potuit tum causa fore, quia iustius ista	
	percuperes, cum nulla uagis currentia riuus	
215	poela forent calidoque arderent sidere solis,	
	cumque iter ambiguum et spes incerta futuri	350
	ignaros quateret, at nunc iam fine sub ipsa	

191 at] aut *B* 192 aronis  $\omega$  193 inflare *C* ianflare *A* iam flare *B*  
 194 transscripta *B* trans scripta *A* 195 primas *B* uadentis *B* 196 farana  $\omega$   
 locum] longa *B* uatis  $\omega$  197 raguhele *A* raguele *B* 198 alumpnum *BC*  
 199 Vut *C* 200 manarent *BC* niueo *B* 203 patris *A* mauult  
 cursum *A* cursum mauult *C* cum summauult *B* 204 soceris *A* 205 in-  
 quid *BC* abhis *B* 206 nos reuocant *B* 208 et quae] et *om.* *B* 210 quã//  
 (m *eraso*) *B* 211 dimissa  $\omega$  *corr. p* medis *BC* heremus] heremus *C*  
<sup>n</sup> heremus *A* 212 mouet  $\omega$  *corr. p* 213 tum] cum *A* quia *C* qua *L*  
 214 uacis *B* 215 siderea *B* 216 iter] inter *A* 217 nuntiam *B*

	laboris modici, cum se felicia regna exhibeant iungantque dei, sic mente uacillas,	
220	ceu suadeam peiora tibi, quam sensibus opto. quin potius, iuuenis, caro te redde parenti,	355
	et coeptam percurre uiam munusque receptum perface, ut optatis cum primum sedibus omnes condiderit dominus, quae sunt meliora capessas,	
225	et proceres inter positus sis grandior actu.“	
	33 Inde abeunt montemque dei posterga relinquunt: nec minus aetherii custodem dogmatis arcam castra sequebantur, postquam se tertius alto lucifer extulerat caelo, iam nocte relicta,	360
230	ut sanctis domini semper praeuentibus esset iusta quies populo, multo sub fasce uianti.	365
	inde prius uates, dum signum sedulus offert agminibus primis, haec supplex uerba profatur	
235	35 „Sublimis consurge, deus, atque hostica promptim milia disperge; fugiant bellare parantes aduersum tua castra, deus, quique inpete sensu	370
	oderunt te, summe sator; tu robora contra quamuis firma uales uerbo sternenda perenni.“	
	34 dicentem nubs clara tegit agmenque refertum immensasque acies obtentu uestis inumbrat.	
240	11 1 at populus truculenta ferox dum murmura uoluit,	375
	misit et in dominum rabiosae obprobria linguae. quae propter sublimis apex delabitur ignis aethere de supero plebemque et castra peredit	
245	2 parte tenus certa, sed flammas triste micantes	

218 modice *B* 219 iugant *B* 220 tibi peiora tibi *A* obto *A*  
 221 raro *B* 222 ceptam *B* 224 condederit *B* 225 proceris *A*  
 positōs *B* sis] si *B* 226 habeunt *C* abiunt *A* posterga *BC* post  
 terga *A* relinquunt *C* 227 aetheri *A* aetheriae *B* arcae *B* 228 se  
 tertius] stertius *B* 229—284 *om. B* 229 relicto *C* 230 pereuntibus *A* 229-284 *AC*  
 232 uatis *AC* 233 profatur praecatur (*utrumque*) *A* 234 hostia *C*  
 prumptim *A* 236 quiqui *A* impete *C* 237 robura *A* 243 dilabitur *AC*  
 244 peraeedit *C* paedit *A*

		in segetem poenae iucunda oratio sanctis auribus extinxit canoque in puluere soluit;	380
11 sqq.		dum pius obstipa uates ceruice laborat immensumque deum tanto pro crimine poscit,	
250	14	atque iterat solum populi tolerare tumultus adsiduos fesso nequiquam pectore uelle.	385
		sed dominus consueta deus solacia uati	
	16	exhibet atque senes fraterno ex agmine poscit septuaginta simul, quorum sententia iuncta	
255	24 25	et numero facile iurgantum frangeret iras, cum prophetarum pariter tot consona corda uno uelut sensu diuina oracula ferrent:	390
		hi tamen ut pariles cunctis dixere loquellas. se remouent suetoque prius sermone loquuntur.	
260	26	nec minus et iuuenes, castrorum in parte manentes, diuina cum mente duo certissima fantur	395
		atque prophetali pariter sermone praesagant	
	27	Modus et Eldadus; quod postquam nuntius aures	
	28	detulit ad proceres, Iesus instantius urget, ut uelut inlicito narrantes uera relatu	
265	29	frenet et obiurget; sed uates protinus almo arguit adfatu mentemque ex aethere missam inuidia cohibere docet non esse fidei.	400
		* * *	
	34	ilicet Aserotum ueniunt atque aggere uasto castra locant, ceu bella forent nocturna timori.	
270	12 1	hic germana pii uatis fraterque tumescunt inuidiaque fremunt: „Cur coniunx iuncta prophetae	405

246 segetam A penę C poena A corr. p paene π iocunda C  
 248 uatis AC 250—253 desunt A 251 assiduos C nequiquam C  
 254 quorum petentia A 255 faciles AC corr. p 256 corda] uerba π  
 258 hii A loquellas C 259 locuntur C 260 in parte C in om. A  
 264 proceris A urguet A 265 narrante A 266 frenet et C  
 fremu& & A uatis AC al//mo (duabus litt. erasis) A 267 affatu C  
 268 inuidiam A 269 illicet C aserotum C asrotum A 272 coniunx A



- 2 Aethiopissa foret, et cur praesumeret unus  
germanis commune decus? nam se quoque summi  
275 percipere monumenta dei atque inclita iussa.<sup>4</sup>
- 3 sedulus haec uates et cunctis mitior audit 410  
innocua cum mente silens seque abdicat irae.
- 4 non tamen indomitos dominus procedere motus  
5 sublimi de sede sinit coramque locatos  
280 increpat et liquida uallatus nube profatur:
- 6 „Quisquis erit uobis cognata e gente propheta, 415  
somnia uera magis sensu spectante uidebit  
nocte super media, cum se sopita relaxant  
sensa uirum sanctique deus dat gaudia uerbi;  
285 dum loquor et paribus sermonem accommo dictis.  
qua me perspiciat, oraque et lumina cernat 420  
iuncta sibi, quae nemo ualet dinoscere uiuens?
- 7 at non hic mos est, mea cum sententia uerax  
donatur uati, tota qui sede fidelis  
290 est, mea dum licitis adnectit pectora sacris.
- 8 ille meos coram potis est consistere uultus 425  
perspicioque deum lustrare et cernere uisu.  
ambiguum nihil est nullaque aenigmata uerbis  
sunt inserta meis; confesso me fero uultu:  
295 ille igitur potuit domini regnantis honorem  
cernere et inuisum mortali aduertere lumen.  
et uestros inter non quiuit ponere motus  
mitificam pacem tristesque abolere susurros?<sup>4</sup>
- 9 10 uix haec ediderat, cum raptim nube remota  
300 ira uenit domini Mariamque amplexa trementem  
perculit et toto perfundit corpore lepram. 435

273 aethyopissa C 275 monumenta] AC monimenta π dei atque|  
iuuat dei et π 276 sedulus C uatis AC 277 silens] si plebs A  
281 cognate gente A 282 somma A 285 B f 136, r 2 med. accomoda C 285-779AB  
286 perspiciatur aq; et (q et A) L 288 cun A 293 enigmata ω (ω = ABC,  
294 me fero B uer me fero A me fore C 297 non q; uit B 298 tri- I = AB)  
stis L abolere p absoluer BC absoluit uere A 299 ediderat p dederat ω  
iube B 301 percudit L

- haec exempla uidens Aaron conterritus inquit:
- 11 „Parce, precor, domine, iramque auerte nocentem  
peccatumque meum nostraeque omite sororis.
- 305 12 fecimus ignari: nostros quod percutit artus,  
uerberat et sensus, id mors ne missa sequatur, 440  
ultrix nequitiae, custodi et consule nobis!“
- 13 nec mora, cum uates precibus dat corda fraternis,  
supplicibus uotis domini medicamina poscens
- 310 14 letiferam ob pestem, totos quae sparsa per artus  
germanae tristi torquebat uiscera morsu. 445  
talia dum clamat: „Excedit poena reatum  
tanta! deus, dimitte metum, morboque medere.“
- 15 illicet adnuitur; sed castris femina trusa
- 315 16 exulat atque tabem septenis passa diebus  
inlaesos recipit laetis cum uultibus artus 450  
consuetoque dehinc plebis celebratur honore.
- 13 At Iudaea phalanx promissa ad praemia tendens  
signa mouet castraque dehinc Pharanis in aruis
- 320 17 conlocat et tuto componit moenia uallo.
- 2 3 18 illic sidereo compulsus mittere fatu 455  
bissenos iuuenes, tribuum quos esse tribunos  
diximus antierius, qui terram urbesque Chanannas  
ocius inspicerent sociisque exacta referrent.
- 325 22 illi abeunt saltumque petunt Ematha uocatum
- 23 permensi[que] deserta heremi Chebronaque lustrant, 460  
quam populi tenere feri Sesique Thaliue.
- 24 ut uentum ad uallem, iam tum quae consita ficis,

302 aaron *L* aron *C* inquit *B* 303 parca *B* praecor  $\omega$  304 nostrae]  
nrae (*lineola om.*) *B* omite roris *B* 306 *deest B* 307 custodi et]  $\omega$   
custodia  $\pi$  308 uatis  $\omega$  praecibus *L* 310 laetiferam *AC* loetiferam *B* q. *C*  
313 metum *B* metum *C* *deest A* 314 illicet *BC* trussa *B* 316 inlaesus *B*  
u l'tibus *A* 317 caelebratur *L* 318 iudea falanx *BC* 319 qu' *A*  
faranis *A* faraonis *BC* 320 collocat *C* toto *L* componit *C* componet *B*  
321 cõpulsus *C* 322 iuuenis *B* 323 interius *B* cannanas *B* 324 socii *A*  
exacta *A* referent *A'B* 325 petent *A* 326 permensique] que *om. A*  
327 *f.* Sesì Thalamique 328 quae] q. *BC* facis *B*

- dulcibus et malis, sed quae lapidosa uocantur  
 330 seu granata magis, laeta cum uite uirebat.  
 ex hac poma ferunt signum latura fidei  
 atque etiam ex aliis, diues quae prompserat aruum.  
 ingentem lenti detondent palmitis uuam  
 transuersoque dehinc nitentes fuste reportant:  
 335 26 atque quaterdenis trepida cum cura diebus  
 praeteritis tandem, fuerant quae uisa, reportant,  
 29 terrorem addentes, dum dicunt moenia uasto  
 34 edita suspectu gentesque immensa leuantes  
 ad caelum capita, ueluti cum plurima quercus  
 340 stipitis annosi stellatis iungitur astris.  
 14 1 Frangitur his populus, sensuque adfectus amaro  
 triste gemit largoque umectat flumine uultus.  
 3 talia dum memorat: „O semper laude ferendi  
 digna uiri. quos nulla mali tam grandis imago  
 345 terruit et solita functos tellure locauit!  
 quos nec triste solum calidis ambussit harenis,  
 et multum tolerata sitis mannaeque minutal:  
 dulce quidem, sed felle madens, quia non iuuat artus,  
 adfecit grauiore fame, cui sola coturnix  
 350 iungitur, et tenui consumit corpora uictu.  
 at non in Pharia quondam regione manentes  
 (11 5) tam tristes torsere cibi, cum uerrere pisces  
 ludus erat totumque in mensis ponere Nilum  
 uel mare uentosum uaria de plebe natantum

329 q. B uocatur B 330 malis laeta in B uitae ω 331 signum  
 quae latura A 332 diues] diue BC q. C prompserat A promiserat C  
 promiserat B 333 decondunt C detundent B 334 fuste] feste A  
 335 et 336 om. C<sup>1</sup> (non eadem sed coaeva m. imo in marg. adscripsit  
 addito post u. 337 h̄ signo; primam litteram idem rubricator uidetur  
 scripsisse). 335 adque B 338 aedita AC aedit B suspecto B  
 339 om. A 340 stillatis ω corr. π 341 adfectas C 342 gemet L  
 humectat C 343 memoratos semper C memorato semper B 346 am  
 busit BC arenis C 347 tollerata A minuta B 348 artur B  
 349 affecit C cuturnix B 351 faria ω 352 cibis A uerro repisces C  
 354 uentuosum A

355	exuere et laeta uentres laxare sagina. nos dites gregibus, cunctis nos pinguibus hortis	490
11 5	inemptos pepones aluumque inflare solentes cucumeres auido mordaces carpsimus haustu. nos alia et caepe, nos illic sectile porrum	
360	pauit et expletos somno marcente refouit.	
14 4	quin agite et finem iam duris ponite rebus. uertite signa citi Niloque has reddite turmas conspicuumque ducem cognata ex plebe create, qui nostrae antierius ponat momenta salutis, quam suae uel trepidi proceris, qui dicta secutus.	495
365	ut dicit. metuenda dei, deserta per arua destituit miseros hostique obponit enormi, ut mortis grauiora metu patiamur inertes, dum coniuux dilecta cadit. dum filia uirgo	500
370	ducitur et tumido seruit captiua tyranno.“	
10	His dictis grauiora parant; namque incita turba saxa capit totoque insurgens corpore librat. sed dum praetrepidant, dum sese ad crimina firmant,	505
6	discindunt habitus proceres pronique ruentes	
375	5 ad terram fluxere metu cunctosque precantur, 9 ne stolidi in dubiis mittant conuicia rebus in caelum sedemque dei, neue ardua credant	510
6	decretis promissa dei; cum deinde Chalebus, Iesutis comitante fide, sic procubus orat:	

357] *Exempla poetarum* 195 K. Mico: Pepones. Inemptos—solentes. Alchimus.

356 hortus *B* 357 in/emptos *A* ineptos *Exempla* ineptos *Mico*  
(inēptos *deterior codex*) 358 cocumeres *B* capsimus *C* 359 et coepe *C*  
ex cepe *L* 360 som, o *A* sompno *B* fouit *A* 362 nolo (o *in i pr.*  
*corr.*) *A* 363 creatæ *C* 364 nostrae ω nostra π (*C?*) interius *B*  
monumenta (munomenta *B*) ω *corr. Mayor* 365 suae ω sua π uel *A*  
uelut *BC* sequutus *BC* 367 distituit *L* obponit| *A* 369 coniuux *L*  
370 tyranno *B* 373 praetrepidant *B* 374 descendunt *B* 375 prae-  
379 hiesutis *C* conuicantur *B* 376 conuicia| *A* 378 discretis *C*  
cum ω quos π calebus *AC* tante *B*

- 380 „Tempore quo placuit terras temptare repostas  
hostilesque domos uisaeque expromere uobis.  
omnibus e tribubus primi placuere tribuni,  
quorum nota fides nequaquam dissona posset  
dicere. uel ciues mendaci eludere fatu.
- 385 et nunc si parilis perstat reuerentia nostri  
nominis et nullis uentosa emittimus orsa,  
credite conpertis: nam quae fiducia ciues  
fallere nos faciat. domini responsa sequentes  
uobiscum parilique modo per cuncta uadentes?  
390 quae quidam metuenda putant. dum uultibus albus  
pallor inest sensusque labant formidine capti  
uana quidem. quia iussa dei nos maxima firmant  
nec uinci pelliue sinunt. licet alta gigantes  
colla leuent densoque obponant milite turmas.
- 395 nobis terra patet. post quam perditibus aruis  
felicem lustrasse iuuat. quae flumine multo  
lactis opima fluit et dulcis gurgite mellis.  
uos tantum ne corda deo disiungite sancto.  
neu timidas cohibete manus; quia signa sequentes  
400 numquam uicta dei famulans uictoria ditat.“
- 10 Haec ubi dicta. dei confestim sedibus altis  
maiestas ueneranda uenit populumque patresque  
atque synagogam miro perfudit honore.
- 11 Haec inter dominus tristes denuntiat iras  
405 12 extremamque luem, qua gens immensa necetur,

380 quo] quod *B* temptare *A* repositas *B* post 380 imo in marg. f.  
134<sup>a</sup> unum filium lini et cannabis *add. m. s. XII A* 381 domus *B*  
382 e *A* et *BC* prim *C* 383 dissono *A* dissona *B* 384 mendacie  
ludere *B* 386 emittemus *B* 387 cōpertis *C* nam quae *p*, namque *ω*  
390 albis *B* 392 quia nos iussa dei nos *A* iussa] iosa *B* nos] nox *B*  
393 gygantes *B* 394 obponant] *A* opponant *BC* 395 postquam *A*  
perquam *BC* editibus *C* ditibus *L* quam de perditibus (uel e perquam  
ditibus) *π* ante aruis spatium duarum litt. uacuum *B* 396 iuuat *C*  
iubat *A* seiuuat *B* q. *C* 397 fuit *C* 399 coibete *A* conhibite *B*  
se. Quentes numquam etc. *B* 400 dictat *B* 403 sinagogam *A*

		squalentes inter saltus terramque relictam,	540
30		exceptis tantum metuenda a peste duobus.	
		quos socium robur parili firmauerat usu.	
		uidentes nil posse dei configere iussis.	
410	13sq.	quamlibet id uates orando auertere temptans	
		mollibus adloquiis timida inter uerba rogaret,	545
		ne stolidi incassum mittentes uerba Chananni	
		perstreperent nulla populum uirtute iuuari.	
		qui foret optatus dominique ad praemia lectus:	
415	29sq.	nec tamen eualuit metuenda inflectere dicta.	
		quae firma sub lege uolant; nam uisere nulli	550
		arua fuit licitum soli concessa fidei;	
		namque quaterdenis populus bellator in annis	
		occidit et natis sublimia regna reliquit.	
420	40	Haec inter stolidis armata et incita curis,	
		consurgit legio summoque in uertice collis	555
		signa locat praecepsque obliquum fertur in hostem.	
		et quia pugnaces dominus non terruit alas,	
		uincitur et fuso conuertit milite terga.	
425	44	praescius id uates castrorum in sede remansit,	
		sacratam cohibens uallis tutantibus arcam.	560
	15 32	Interea ex populo quidam sub lumine festo	
		dum sarmenta legit, legis contemptor aeternae,	
		corripitur sanctaque dei per iussa necatur	
430	35	missilibus saxis, uetitum ne serperet ausum.	
	38	quin etiam quo saepe uiros mens cauta moneret	565
		aeternos domini ad monitus conuertere mentes,	

408 usu ω ausu π      409 fidentes L      410 uatis ω temptans A  
 411 all. ω uerba sona rogaret A      412 cananni A chanani B praestrepent B  
 416 uiscere B      414 obtatus A lectis A      415 eualuit] eupluit B  
 417 licitum A      419 reg/na B reliquid C relinquit B  
 420 incita B      422 signo BC      praiceps A, pces C prae/ces B  
 425 praecius B uatis ω      427 limine B  
 428 contempto BC      429 iusa negatur B      430 misilibus BC      431 sepe BC  
 sepe A      432 mente B

- fimbria conserto cunctis hyacinthina nodo  
nectitur et noto distinguit limite uestes.
- 435 16 1 exim causa mali uetito consurgit ab actu :  
namque Coras Leuita tribu pariterque Dathamus  
5sqq atque Abirus, licitum cunctis offerre tonanti  
incensum cum ture pio dementibus ausis  
credentes. tumida uates petiere querella.
- 440 31 nec longum dilata nece; nam cardine rupto  
terra patens cunctos inferna ad tartara misit.  
35 cum quibus extincti pariter sua funera cernunt  
bis centum. qui sacra deo non iussa ferebant,  
quinq; et deni cunctorum congrege turba,
- 445 et pecora et quidquid fuerat sub iure nocentum ;  
34 ac uelut in totos pariter nex una ueniret,  
dispersi trepidare metu ignemque supernum  
nequiquam fugere ac sese abscondere temptant.
- 41 quin etiam reuoluta die feruere tumultu
- 450 47 non ueriti magna confestim clade premuntur.  
49 atque eadem sub morte ruunt bis milia septem  
sexcentique uiri: et ni discrimina uates  
tanta uidens dominum blanda inter uota rogasset,  
grandior infandum punisset poena reatum.
- 455 37 39 Verum ubi post trepidos redierunt otia motus,  
17 auratas pateras, iuuenes quibus ante sinistri

433] Mico: Fimbria—nodo. Alchimus.

433 fymbria C tybria B hiacinthina C iacin/tina (c eraso) A iacintina  
Mico thyacintyna B 434 nectatur A noto] toto π distinguit C  
distinguit distringit A distringit B 435 exim] ω acto B 436 choras B  
438 aysis] auis B 439 tumi/da A petiere A quaerella L 440 nece  
dilata π 441 misit ad tartara B cartara A 443 iusa B 444 et deni  
eademni B cum grege A 445 pecore ω corr. p quicquid AC 446 uelut C  
nix B 447 dispersit trepidare C supremum π 448 nequicquam A  
449 reuoluta (1 male incohata littera) A 450 praemuntur B 451 .vii. C  
452 sescenti B uatis ω 453 uota uocasset B 454 grand or A  
455 post] p C

- obtulerant insueta deo libamina caeli,  
 38 39 dissipat et tenui sollerter lammina cunctas  
 deuouet ac domini Moyses altaribus indit;  
 460 idcirco quia sacra fiunt, quaecumque feruntur  
 ad dominum celsaque dei ante ora locantur. 595
- 17 1 nec minus ut uates inter discretio summos  
 2 atque tribus fieret, uirgam deposcit ab omni  
 principe, bisseas donec iam summa repletet;  
 465 3 sepositamque dehinc Aaronis nomine uates  
 4 exhibet et domini media intra tecta relinquit. 600  
 8 cumque reuertenti micuissent sidera sole,  
 9 res haut nota prius, populo mirante coacto,  
 cernitur et magnum domini patefecit honorem.
- 470 8 enodis nam uirga prius truncataque ferro  
 Aaronis proceris nullo de fomite terrae 605  
 floruit atque nuces sicco iam stipite prompsit.
- 19 2 additur ad legis monumenta et iussa sacratae,  
 ut uitula. cui flaua cutis per membra nitebit,  
 475 3 5 occidat ante fores domini corpusque cremetur  
 9 ignibus, utque cinis combusto e uiscere natus 610  
 corpora purificet foedo sordentia tactu,  
 6 conspersus per membra uirum, cui gramen hysopi  
 iungitur, ut tenui diffundat uerbere rores
- 480 7sq. flumineos mundaque infectos diluat unda.  
 11sq. nam quicumque manu contingit corpora functa, 615
- 483 13 uel iacet exanimus cuius sub tecta cadauer,  
 482 sordibus afficitur templumque infuscat aeternum.

458 solerter *C* solenter *B* lammina cunctas *A* flamma incunctas *BC*  
 flamine π 459 moyses *A* 460 quia] qui *A* q.cumque *C* 463 uirgas ω  
 465 sepositam *A* repositam *B* depositam *C* aaronis *L* aronis *C* uatis ω  
 466 mediam *A* intra *L* inter *C* 468 haud *C* conacto *B* 471 aronis *C*  
 472 prompsit *AC* prumpsit *B* 473 iussa *B* 474 nitebat *A* 475 ac-  
 cidat *C* foras *A* 476 ut| vt (v *in ras. al.*) *B* cines *B* ebusto *C*  
 477 foedus ordentia *B* 478 gramin *B* esopi ω 481 func (ta *om.*) *B*  
 482 post 483 transposuit π 482 sordibus *AC* sordidus *B* efficitur ω  
 corr. *p* (*nisi malis* inficitur)



- 15 uascula quin etiam patulis sordentia rostris  
 485 16 cuncta fiunt, uulnusque dehinc quicumque cruentum  
     contingit ossaque uirum bustumue sepulti,  
 19 tertia luce potest sese uel septima purum  
     reddere, si dominum tacito sub corde precatus  
 18 dona ferat medici purgatus flumine rami.
- 490 20 1 Haec inter Iudaea phalanx deserta per arua  
     dum graditur, Cadessa uenit procerisque sororem  
     2 extinctam tumulat multaque accenditur ira,  
     quod deserta siti regio non promeret ullos  
     fontibus e gelidis riuos; quodque arida cunctis  
 495 ora forent tostoque arderent corpora sole.  
     8 id dominus meditando uati depromere uirgam  
     imperat et gemino rupem contingere tactu.  
     quam tamen incutiens dubio cum pectore Moyses  
 10 obiurgat populum dicens: „Heu! mente feroces  
 500 sensibus et duri, numquidnam saxa madere  
     ulla queunt riuus uiuosque emittere fontes?“  
 11 haec dum motus ait, lenta dat uerbera uirga.  
     ..... rumpuntur cotibus amnes.  
 12 attamen omnipotens cunctantum pectora uatum  
 505 increpat obiurgans: „Quoniam sententia uobis  
     ancipiti sub corde fuit meque omnia posse  
     mens haut firma uidet paruumque impertit honorem  
     sublimis domini imperio. cui credere coram

503 sqq.] Aldhelmus p. 314: cotricula . . . paeoni primo adsciscitur uersifico de aqua contradictionis „rumpuntur cotibus amnes“.

Ἀριθμ. 20, 11 καὶ ἐπάρας Μωυση̅ς τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπάταξε τὴν πέτραν τῆ ῥάβδῳ δις καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ πολλὸ καὶ ἔπειν ἡ συναγωγὴ καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν 12 καὶ εἶπε κύριος πρὸς Μωυση̅ν καὶ Ααρων κτλ.

486 ossaque] quique ossa π 487 tetia B 488 praecatus L  
 489 medici] medi C 490 iudæea B iudæa A iudea C falanx BC  
 491 cadesa A 493 ullus B 494 gilidis B riuos : ro in ri corr. A  
 495 oro B 496 medicans ω corr. p 497 tactu] tantum B 498 moyses A  
 moses B mores C 500 sax B num quidnam A 503 ex Aldhelmo  
 adsciu. om. ω 505 quoniam] q : B 507 haud C

- 510 Iudaeas acies decuit fidemque referre  
 nil non posse deum: id propter, ducere plebem  
 ad sedes dudum sponsas terramque feracem  
 haut licitum uobis magnaue adsumere dona. 645
- 14 Interea populus Edomum adiungitur aruis,  
 per quae pacificas acies deducere Moyses
- 515 26-29 percipiens placido regem sermone poposcit  
 20 praetumida uirtute ferum pugnamque parantem.  
 22 quem tamen euitans monti coniungitur Oro, 650  
 29 in quo decursae post tempora plurima uitae  
 28 conditur Aronus notaque insignia liquit
- 520 26-29 festa sacerdoti, celsis qui altaribus addit  
 maiorem cunctis Eleazaron, ut deus ingens  
 iusserat et placitis ministrum adlegerat aris. 655
- 21 1 illic multimoda fidentes pube Chananni  
 terrorem inmodicum ualida cum clade dedere
- 525 Iudaeis, cum terga darent nudata per agros.  
 3 sed tamen adsumunt animos dominoque fauente  
 hostiles sternunt cuneos atque urbibus ignem 660  
 subiciunt ualidis inmensa et laude triumphant.
- 4 Sed quamuis fluerent optatis commoda rebus,  
 530 non tamen obliqui fremitus nec murmura desunt  
 5 in uatem coniecta pium; dum quisque feroci  
 uoce gemit multa terrarum dote refertam 665  
 Aegyptum post terga datam Nilumque feracem  
 frugum et securo semper cultore colorum.
- 535 6 id deus omnipotens aequato examine plectens

509 iudeas *BC* 510 nihil non *A* 512 haud *C* assumere *C*  
 513 iterea populos eedomum *B* 514 perq: *BC* moyses *AC* moeses *B*  
 515 poscit *B* 517 Horo π (*Vulg.*) 519 natoque *Mayor* 520 qui *p*  
 que ω (sacerdoti *pro* sacerdotii *positum putabat* π) 521 eleazarum *C*  
 523 c ananni *A* chanani *B* 525 iudaeis *A* iudeis *BC*. Iudaei π nudata  
 nudataque *L* que *om. C* 526 assumunt *C* 527 adque *B* 528 subiciunt *B*  
 triumphant *A* 529 obtatis *A* 530 murmura *A* 531 dum<sup>quis</sup> que *A*  
 532 dota *A* refertum *C* 533 egyptum *A* datum *C* 534 colonum ω (colu-  
 num *B*) *corr. p* (*cf. u. 352 sqq. ex Num. 11, 5*) Canopum *Mayor* 535 deus] ds *B*

- uipereas acies uiroso ex fomite prompsit:  
 quae multos strauere uiros, dum tenuia quamquam 6  
 uulnera letali distendunt corpora suco.
- 7 At populus lugubre gemens, dum procubus orat  
 540 ante pedes uatis et publica funera narrat,  
 agnitione probri cunctorum in corde reposta  
 accipit optatam domino saluante medellam. 6
- 8 namque probus princeps tumidum formare draconem  
 aere flauo iussus malo suspendit ab alto.
- 545 ut, quemcumque uago fixissent dente cerastae.  
 exueret letum pendentem uersus ad anguem.
- 10 11 Hinc populus Obetha uenit, Achina deinde ( )  
 12 15 arua petit; Zaredina dehinc; mox transit ad Adar.  
 iam uiridi in campo, sedis ubi cultor amoenae ( )
- 550 13 Amorreus agit et opimo pascitur aruo. ( )  
 16 illic est puteus uitrea perlucidus unda.  
 quem iuxta dominus sancto sermone locutus  
 Moysetem iussit populum densare refertum.  
 duceret ut riguos latices undamque nitentem.
- 555 17 consona tunc penitus diuina in cantica cunctis ( )  
 lingua fuit, domino dum laudes hoc canit hymno:  
 „Immensus dominus fluenta misit  
 et totum populi remouit aestum.  
 pleno dum puteus patet profundo  
 560 et multum gelidis scatet fluentis:

536 uiroso] uiroso loetali (letali C) ω letali π prompsit AC 537 tenuiā B  
 quaequam π 538 loetali L 538 suco] suo B 540 pede B 541 agni-  
 tionem B probri p prius ω in corde reposta p incendere L impendere C  
 pesti ω 542 obtatam A 545 caerastae A caeraste B cerastae C  
 546 loetum ω 547 Obotha p obetha L obetha C achima A 548 aredina ω  
 corr. p post 548 nescio quo errore perductus uu. 509 et 510 (Iudae—plebem)  
 repetiuit π 549 sedis ω sedes π cultura menae B cultur amēne C  
 550 et opimo p opimo et ω 551 est| et π perliquilucidus A 552 loquutus A  
 553 mosetem A mosotem B densa B referentum A 555 paenitus A  
 556 domini π ymno A 557 sqq. non discernuntur uersiculī in A  
 557 immensus A dominis B 559 petet A 560 gilidis B

- 18 quem quondam ualidi fecere reges.  
gentes dum ualidas regunt habenis  
et sceptris pauidos premunt clientes:  
usus ceu proprius pateret ipsis.  
565 externis procul omnibus remotis. 700  
hic nostrae a domino datus saluti  
uiuis inriguos repleuit undis.\*  
Haec ubi sidereo dixere cantica regi  
castra mouent. uariosque locos post terga relinquunt.
- 570 21 Seonem ad regem decurso limite ducti. 705  
24 obpositas acies ualido certamine fundunt,  
23 quas ille, innocui deridens dicta prophetae,  
struxerat. et uana nequiquam laude ferebat  
gentis Amorrae; duro quae subdita bello
- 575 25 decubuit ualidas iam dudum saepta per urbes. 710  
\* \*  
32 lazera quin etiam, simili uastata duello,  
suscepit protrita iugum atque oppida multa  
dedit, optatae deopscens otia pacis.
- 22 2 Haec ubi sollicito dictauit fama Balaci.  
580 qui Moabitarum populos urbesque regebat. 715  
5 concutitur grauiore metu Balamque prophetam  
ambit honoratis precibus, ut tanta gerentem  
6 impediatur dictis populum cursumque refrenet  
bellantum penitus; quoniam, quae procubus oret.
- 585 7 audiat omnipotens et tristia quaeque secundet. 720  
12 ille negat fas esse sibi maledicta referre  
in plebem domino semper ductore uadentem

561 quen *A* condam *AC* ualidi | tumidi  $\pi$  regis *B* 562 abenis *BC* 563 praemunt *L* 564 proprius *C* propriis *A* prius *B* 565 hesternis  $\omega$  corr.  $\pi$   
567 inriguos *B* 569 relinquunt *BC* 570 Seonem | semem *B* duco *C*  
571 obpositas] *A* 572 propheta *C* 573 struxerunt *B* 574 amorrae *C*  
amorrae *L* quae] q. *C* 575 septa  $\omega$  sazera  $\omega$  corr.  $\rho$  576 deuello *A*  
577 suscipit protrita *B* adque *B* post 578 aliquot uersus exciderunt,  
quae sequuntur 576—578 lacera sunt. 578 dedit *p* dedit *L* edidit *C*  
obtatae *A* 579 sollicito *B* dictabat *A* 582 horatis *B* praecibus *L*  
583 impediatur *C* 584 paenitus *A* quae] q. *C* procubi *B* 585 tristitia *B*

- ad sedem regnumque suum, longeque uideri  
 iustius, ut meritis accommoda quaeque precetur,  
 590 13 quandoquidem dominus nocturno in tempore uisus  
 .inhibeat reserare senem responsa Balaci.  
 14 talia sed postquam dimissus nuntius infit,  
 15 et regem sua cura tenet, perquirat anhelus  
 electos proceres rursusque ad limina uatis  
 595 mittit oratores dudum iam dicta rogantes  
 18 nequiquam, quia dicta dei contraria pugnant.  
 21 sed tamen emersus uates conscendit asellam  
 atque praecedentes conlatis passibus aequat.  
 22 ecce uiae medio domini mox angelus offert  
 600 23 strictam aciem contra pronamque obuersus et instans  
 cornipedem terret, celeri quae concita saltu  
 in partem conisa fugit campoque pererrat.  
 quam dum praecipiti temnentem frena timore  
 circumagat uates ac pressis pugnat habenis,  
 605 calcibus et fodicat uirgaque euerberat acri,  
 24 pampineas inter uites iam tegmine lapso  
 semirutus paries cunctanti obiectus asellae  
 25 procursum inpediit: pedem quae ad saxa recussit  
 oblitisque senis sensuque adfecit acerbo.  
 610 26 nuntius inde citus diuersa in parte resistit  
 calle perangusto, tenuis quo semita duxit,  
 circumitus nullos quacumque in parte relinquens.  
 27 quadrupes hunc stricto uidit mucrone micantem

588 ad *A* at *C* ut *B* sede *BC* longeque] longe *B* nam longe  $\pi$   
 589 a, cōmoda *C* acquomoda *B* praecetur *B* 592 infit *B* 593 per-  
 quiret *B* hanellus *L* 594 uates *B* 595 oratores *L* ut orarent *C*  
 iamdudum *B* 597 emersus *p* emensus *L* emensus *C* uates *C* uatis *L*  
 598 praecedentes *A* procedentes *BC* collatis *C* 599 midio *A* 600 strinc-  
 tam *L* strictam *C* et] ē *B* 601 terrae *A* quae] q. *BC* 602 fugit *B*  
 603 quan *B* temnentem *BC* 604 uatis  $\omega$  p̄ressis *C* p̄resses *B* 605 cul-  
 cibus *B* et fodicat] et fodiat *C* 607 semirutis *C* simirutus *B* 608 impe-  
 diit *A* inpediit *B* impedit *C* quae  $\pi$  que *A* q. *BC* recussit *B* 609 aceruo *A*  
 612 circumitus *L* circuitus *C* 613 strincto *A* stincto *B* stricto *C*

615	et multum pauefacta ruit. quam surgere iussam uerberat et multa uector uibice coerchet.	750
28	illa ubi perdoluit, subito sermone locuta est. dum deus eloquium desueta in uerba relaxat: „Quid feci meruiue tibi. quod uerbere multo	
620	30 labentem conixus agis? num terga negaui sueta tibi? umquamue pauens mea pondera fugi, praecipitemue dedi, prono dum cernuus armo laberis et prona fusus ceruice rotaris?“	755
29	talia dicenti commotus dicta sacerdos tristia saepe refert multaue exaestuauit ira,	
625	31 dumque fremens saeuit. claro mox angelus ore emicat et sancta compellat uoce prophetam: 32 „Inmeritam pecudem trino iam uerbere pulsas, quae me prona fugit terraeque inlisa recumbit idcirco, quoniam non est tua semita summo	760
630	grata deo longeque uagis nunc gressibus erras. 33 et nisi cornipedem diuersa in parte uadentem terror abegisset, duro te uulnere ferri strauerat ista manus crudumque exegerat ensem. ut te deposito mihimet possessa fuisset.“	765
635	34 desilit hic uates sanctumque inflexus adorat delictumque dolens reditum uitamque precatur. 35 dimissus celerat suscepta et munia complet, uerba locuturus domini dictanda relatu.	770
640	36 iamque uiam uincens Moabae adiungitur urbi conspicuumque uidet condense in milite regem auxiliumque sibi timida cum uoce rogantem	775

614 pauesfacta *B* surgeret *B* 615 uecto uibice coerchet (con-  
hercet *B*) *BC* corr. *p* cum uibice coerchet uecte *A* 616 loquuta *L*

619 labentem *A* labantem *BC* 620 pauens *L* paens *C* 621 praecipite *B*  
623 comotus *BC* 624 tristitia *A* sepe  $\omega$  626 epellat *C* 628 fugit *B*  
629 quoniam] quod *B* quod haec  $\pi$  630 longae *A* nunc uagis *BC*  
632 terro abigisset *B* 633 stauerat *A* que *om.* *A* 635 uatis  $\omega$  inplexus *B*  
636 dilectum *C* praecatur *B* pcatur (*lineola euanida*) *A* 637 complet *A*  
cōplet *C* 638 loquuturus *L* 640 uidit  $\omega$  corr.  $\pi$  milite] limite *C*

- 23** 1 inspicit et domino septenis supplicat aris ;  
 2 conspicuosque simul uitulos lectasque bidentes  
 3 inmolat et cuncta committit munera regi 780  
 645 4 iudiciumque dei tacita sub nocte meretur.  
 6 quod deinde euoluens his regem terruit orsis :  
 7 „Montibus e patriis Moabo a principe iussus.  
 unde rubet uentura dies lumenque serenum,  
 quaque iacet tellus geminis inclusa fluentis 785  
 650 Tigris et Euphratis, ut dictis saeuus acerbis  
 8 exoptem non digna uiris, quos sanctus ab alto  
 protegit omnipotens terraeque indicit opimae.  
 9 hos igitur de colle procul mox uisere ius est  
 optatosque mihi iamiam dinoscere uultus 790  
 655 felicitatis populi, quem solum magna secuntur  
 dona dei, gentesque procul seiunctus et exsors  
 percipit optatas placido de numine sedes.  
 10 quisnam igitur prisci quaesiuit clara Iacobi  
 pignora uel plebem numeris percurrere quiuit? 795  
 660 occidat hos inter potius mea uita relinquens  
 corpoream sedem iustisque adiuncta quiescat  
 progeniesque mea tali cum germine uiuat!-  
 11 Haec ubi disseruit sensu torpente Balacus 800  
 concidit et uatem diuersa et dissona fantem  
 665 13 14 increpitat, tumidum iussus conscendere collem,  
 ut partem exiguam populi subiecta per arua  
 cerneret, haec iterum digestis uocibus addit:  
 18 „Confestim mea dicta tuas demitte per aures, 805  
 Moabi rector populi, testisque uenito!

643 lectas *A* lactas *BC* 644 linmolat *C* immolat *L* cōmittit *C*  
 committit *A* 646 uoluens  $\omega$  *corr. p* 647 e] et *B* moab<sup>o</sup>, a principe *C*  
 650 tygris *C* eufratis  $\omega$  aceruis *A* 651 sanctos *B* 652 protigit *A*  
 653 collo *B* 654 obtatos *A* optatus *BC* 655 sequuntur *A* 657 obtatas *A*  
 placito  $\omega$  *corr. p.* 659 pignore *BC* numerus *A* 660 occida *B*  
 663 balachus *C* 664 et] ut *B* 665 collam *A* 667 degestis  $\omega$   
 audit  $\omega$  *corr. p* 668 dimitte  $\omega$

- 670 19 dissimilis hominum deus est nec uera locutus  
 inrita uerba facit quidquamue inpune minatur.  
 20 qui me magna monet subnixus dona precari,  
 ut facio; plebemque dei per uota sacro, 810  
 21 quam dolor effugiet totus operumque labores,  
 675 participi iunctoque deo, qui dura repellit  
 omnia. ditificae condonans munera pacis.  
 huius tu procerem sacro de sidere, rector  
 caelorum terraeque, uide: nam dignus honore est 815  
 22 ille tuo, qui pressa diu ceruice gementem  
 680 eduxit populum regno Pharaonis acerbi,  
 signifer et nulli uirtutum laude secundus  
 23 unica regna fouet nulloque in augure fedit.  
 carmina nulla canit nec quidquam captat inane. 820  
 tempore sub certo felicia dicta superni  
 685 accipiet segura dei perfectaue uirtus  
 Iebusaea fiet domini de robore summi.  
 24 emicat hic populus, ueluti cum sola per arua  
 crinigera ceruice leo sese arduus infert, 825  
 non ante adsuetae repetens cubilia siluae,  
 690 quam crassa toruus sanie praedaue refertus  
 terruerit uirides minaci ex murmure montes.“  
 27 Haec etiam renuit multa rex saucius ira 830  
 28 tertia dicta rogans diuerso in colle prophetam;  
 24 2 uertice de cuius populum per castra locatum  
 695 ut uidit, docili deprompsit pectore uerba:  
 5 „Sublimes magnaue domus, quaecumque Iacobi  
 semen habet, paribusque attollunt culmina tectis,  
 6 ut cedrus siluaque nitens, quae frondis honorem 835

670 dissimilis *B* loquutus *A* 671 irrita *C* quicquam  $\omega$  672 monet]

monuet *A* mouet *B* <sup>m</sup>onet *C* precari *B* 675 repellit *A* 676 munera *A*  
 munere *BC* 678 que *om.* *B* 679 praessa *B* 680 faraonis  $\omega$  acerui *A*  
 683 quicquam  $\omega$  684 filicia *B* 686 iebusea *AC* rubore *B* robore *A*  
 687 sole *C* 688 arduos *B* 689 assuete *C* 690 crasa *B* 691 terru-  
 erit *C* terruit *L* 692 renuit *B* 694 Tertice *C* 695 deprompsit *A*  
 697 testis *B* 698 cedros *C* f/rondis *B*



- uentilat et querulis modulatur sibila ramis.  
 700 uel quae laeta uiret sub ripis fluminis acta.  
 7 has dominus struxit celsaque erexit ad astra,  
 semine de cuius quondam nascetur in omnes  
 iura ferens populos regnoque insignis aeterno.  
 8 quem deus e Pharia clemens arcessit Aegypto  
 705 conspicuum nullique parem socioque carentem.  
 diriget hic gentes diuersa in parte rebelles.  
 plurima letali contorquens spicula dextra.  
 9 adelinis cum deinde cubat similisque leoni,  
 se coram somno lapso explicat, inde soporem  
 710 dimouet. ad uigiles confestim redditus actus.  
 et quis hunc tactu faciet consistere rursum?  
 qui tua sanctifico laudat praeconia fatu,  
 felix ille fiet; at qui contraria dicit.  
 is male dicta sibi uentoso ex ore facessit.  
 715 13 haec sunt quae nostra dominus te uoce moneri  
 imperat. eloquio quod fas infringere nulli est  
 nec mutare uiro quidquamue adiungere praeter.  
 quamlibet argenti magnum des ferre talentum  
 atque tuos census inmensi pondus et auri:  
 720 munera nil prosunt; fixum quod dicitur hoc est.“  
 25 His actis sua tecta petit regemque relinquit  
 attonitum duraque inmensum dicta gementem.  
 25 1 2 at manus interea bellis Iudaea secundis  
 luxuriat sanctasque putat quas uicerat aras:  
 725 3 idolaque inlicito celebrat gentilia cultu

699 quaerulis *L* 700 q. *C* sub rupis *C* 702 nascitur *B* 703 in-  
 signes *B* 704 faria  $\omega$  707 letali *C* loetali *L* 708 acclinis *L* cubat *p*  
 iuuat *A* uiuat *B* uenit *C* 709 securum  $\omega$  corr. *p* sompno lapro *B* 710 reddit' *C*  
 redditur *B* reditur *A* 711 faciet *A* efficiet *BC* 712 qui] quae *B* 713 dici *A*  
 714 facesit *B* 715 sunt *om.* *C*<sup>1</sup> (*pr. m. ss.*) q. *B* uoce] uoue *C*  
 716 fas] uas *C* 717 uiro *A* uero *BC* quicquam  $\omega$  718 differre *L*  
 deferre *C* corr. *Mayor* 720 nihil *B* prosunt]  $\tilde{p}\tilde{p}$  *A* 721 his] hic *C*  
 reliquit *BC* 723 at] aut *B* iudea *L* 724 luxuriat *A* sanctos *A*  
 uiserat *A* 725 quae *A* caelebrat *B*

	Beseli deuota prius mutoque Phegoro.	
	hinc ingens mox ira dei consurgit et exim	865
4	patentem ad campum proceres procedere mandat,	
	conuersusque iubet redeuntis lumina solis	
730	cernere et attentos factum noxale piare.	
5	id uates festinus agit ferrumque renudat	870
	innocuos sontesque uago mucrone secutus.	
6	Haec inter quidam fraterna obprobria prodens,	
	quod sibi non licitum Madia ex gente parasset	
735	conubium, coram cunctos uatemque praesentat	
14 15	Zambrium Chasbumque pari sub fraude nocentes.	875
7	quos Phinea citus arrepta euerberat hasta	
8	immensamque plagam per iusta piacula sedat,	
9	quae bis dena uirum consumpsit milia leto	
740	atque tria, domini dum telum currit in omnes.	
12 13	hoc facinus propter sacrata altaria uates	880
	accipit et domini sublimem sumpsit honorem.	
26 2	Interea generata nouo de germine pubes	
	adlegitur numerisque dehinc subducta notatur.	
745	primaueo quae flore uirens iam germine molli	
	uestibat uultus uicenos laeta per annos.	885
51	quae deinde summa sexcenta ad milia uenit	
	atque bis octona, tercentum insuper auctis.	
53	haec meruit sedes domino donante beatas;	

726 muto : u ex in corr. B fegoro A fegore B fegori C 727 hin<sup>c</sup> A  
 exim] ω 729 que om. C 730 moxala B 731 uates C uatis L  
 732 in nocuus L sequutus C 733 obprobria ω prodens L prudens C  
 734 media C 735 conobium B 736 zambrium L zambriam C  
 chabum A chabam BC corr. p uocentes B 737 finea AC finusa B  
 arepta B 738 immensam : in ex im rasura corr. A 739 consumpsit A  
 loeto A 740 tria L atria C telu B om<sup>n</sup> es C 741 sacrata om. C  
 uates C uatis L 742 et om. C<sup>1</sup> (pr. ss.) sumpsit om. B 743 pubis L  
 745 primeuo BC quae] q. ω germ. molli] germine uir molliens A  
 746 uestibat] florebat B loeta C 747 summam A sescenta L milia]  
 limina C 748 adque B octena B octono A insuper p super ω  
 749 hae A sedes] fides B beatus BC

- 750 **31** 2 ilicet omnipotens obliquum uertere in hostem  
 signa iubet uati coeptoque insistere bello.  
 5 ad quos bis senis hominum cum milibus itur,  
 quo se cuncta tribus miserat, dum milia quaeque  
 singula de propriis numerant pugnacia turmis.
- 755 6 Phineus haec ductor agit, dum uascula sancta  
 terrificasque tubas consueta in proelia portat;  
 7 atque alacris lecto confestim milite caedit  
 8 Moabas acies regesque interfecit omnes;  
 fusorum dum terga premit uatemque Balamum
- 760 9 enecat et domita praedam de gente reportat.  
 15 sed quia femineas acies post bella trahebat  
 17 agmine captiuo, procèris per iussa monetur  
 18 uirginibus tantum meritam non demere uitam,  
 19 corporeasque uirum maculas purgare fluentis.
- 765 27 nec minus et praedam populum partitur in omnem.  
 30 Leuitisque dedit merito de munere partem.  
 quos domini in templo semper pia cura tenebat.  
 28 primitiaeque deo nec non redduntur aeterno  
 omnibus ex rebus domita de gente relatis.
- 770 **32** 1 His actis Rubena tribus mediaque Manasses  
 33 atque Gada sedes laetae Galaditis orant.  
 pecudibus facilis tellus: nam gramine multo  
 5 herbida Iordani fluuio coniuncta uirebat.  
 6 quos licet intrepido ductor sermone negarit,  
 775 dum mutare putat futura ob proelia mentes,

750 illicet *AC* illi et *B* obliquum *B* 751 cepta *B* 752 militibus *B*  
 753 quod *B* quos ecuncta *A* miserat tribus  $\omega$  corr.  $\pi$  755 fineus *A*  
 finaes *B* fines *C* doctor *B* dum  $\pi$  tum  $\omega$  756 praelia *B* pelia: e *ex*  
*incolato* l corr. *C* 757 alacres *A* 758 moabs *B* interfecit *L* 759 prae-  
 mit *L* 761 quia *L* q; *C* faemineas *A* post aeter bella *A* 762 captiuo]  
 optiuo *C* percussa *C* 766 læuitis *C* 768 reduntur *B* 770 hiis  
 actib; *B* media] dimedia *A* manasses *C* manases *B* 771 Gada]  
 Gadae  $\pi$  (*ex C*, ubi a post d litterae æ similis est) 772 pedibus *B*  
 tellus *om. C* 774 quas *B* 775 praelia *B*

17-40 concedit praestatque tamen, si milite toto  
arma gerant sociasque iuuent in bella cohortes.

777 iuuent *B* iuuent *C* iuuant *A* bello *A* coortes *C* cohortes *B*

FINIT METRVM SVPER NVMERVM *A* (f. 137, n<sup>o</sup> 1) *om.* *B* (f. 1 40, r<sup>o</sup> 1)

INCIPIT METRVM SVPER DEVTERTONOMIVM *AB* (*A* f. 144, n<sup>o</sup> 1  
*B* f. 148, r<sup>o</sup> 1)

FINIT LIBER NVMERI : ~ INCIPIT DEVTERTONOMIVM .: ~  
*C* (f. 84 )

## DEVTERONOMIVM.

- 4 1 **H**actenus informis heremi uexatus harenis  
 Iordanem ad fluuium populus promouerat arma;  
 qui uirides inter saltus dum lubricus errat. 920  
 eximiam Hiericho fluctu labente reliquit
- 5 et sequitur pontoque dehinc miscetur aperto.
- 5 illic sanctificus uates, dum funera cernit  
 aduentare sibi summamque instare dierum,  
 quae mundo perscripta fuit: dum degitur istic, 925  
 collectum in turmas populum numerosque frequentes
- 10 congregat et tali uerborum munere ditat:
- 4 „Si placet hostiles penitus prosternere gentes  
 et placidam pacem uentura in saecula tenere.  
 formidate deum totoque in pectora sensu 930  
 condite, ut inlaeso semper sit iunctus amore;
- 15 qui uos oppressa dudum ceruice maerentes  
 sustulit e uinclis et carcere soluit Aegypti;  
 qui nebulas inter uosmet hostemque locauit  
 instantem trepidis nudataque terga prementem; 935  
 qui dedit et nubem securi ad signa diei,
- 20 et piceam claro detersit lumine noctem:  
 ut uos ignoto terrarum in tramite postos  
 firmarent elementa dei, mutantia sese,  
 quo nox fusca uenit, quo candent sidera cursu; 940  
 ille et alterno solitum procurrere motu
- 25 oceanum semperque uagum, quo flamina uenti  
 indepresa ferunt, sicca nudauit harena,

1 hierimi *B marg. sinistr.* · min. *A* 2 populus *A* 3 qui] qua *A*  
 erat *B* 4 hierico *B* 6 uates *C* uatis *L* 8 perscripta] perscribta *A* 1—284 *ABC*  
 praescripta  $\pi$  12 saecula *AC* saecula *B* 14 uti *A* 15 oppressa *B* ( $\omega = ABC$ ,  
 merentes  $\omega$  16 e] et  $\pi$  solus  $\omega$  *corr. AOxé* aegypti *L* egypto *C*  $L = AB$ )  
 21 postos *C* pastos *L* 22 elimenta *L* mutantias esse *A* 23 Quo]  
 Qui *A* 26 indepraensa *L*

	sanguineam exsudans, rubrantia litora, terram ;	
	ut uos ancipiti constrictos clade laborum	945
30	duceret, erectis alterna ad bracchia muris, aequore diuiduo, bifida dum pendet in unda.	
	uidistis, quae cura foret tum numinis alti	
	uos circum, dum pone uolans se concitat hostis	
	consimilemque uiam uentoso in marmore quaerit.	950
	at non ille potens tumidos transmitters fluctus	
35	concidit et madidas inter uersatur harenas.	
	uos, spoliis dites dederat quos mollis Aegyptus,	
	informes heremi terras domibusque negatas	
	uicistis tutante deo, dum flumina saxis	955
	8 3 ilicet et mannam nitido demittit olympto.	
40	grandibus et nimbis per noctem lapsa coturnix	
	aequora conpleuit positis circumdata castris.	
	4 indumenta pedum longus non discidit usus,	
(29 5)	nec uestes periere situ uel corpore tritae ;	960
	omnia uos circum non perdit fessa uetustas.	
45	hostiles cedunt acies urbesque patescunt :	
	signifer est dominus, celeri formidine missa	
	debilitans omnes, uestris qui gressibus obstant.	
	et nunc aequorei quoniam Iordanis ad undas	965
	uenimus et tellus sese iam proxima iungit	
50	ab summo transcripta deo, per sidera testor	
	et quidquid celsa domini praefulget in aula,	
	ut legem aetheriam, quam scripsit dextra tonantis,	

27 sanguinea  $\omega$  corr.  $\pi$  ex udans B 29 ducere retis A 31 uidistis C  
uidisti L 32 pone reuolans B 33 que om. C 34 pote s A trans-  
mittere B 35 ma/didas (d eraso) A 36 spolis L quos C quas L  
quae  $\pi$  egyptus C aegyptós A 37 herimi ex erimi pr. corr. A  
38 uicisti A 39 illicet L manna :  $\bar{a}$  in a rasura nif. corr. A dimittit  $\omega$   
corr. p olimpho C 40 cotusnix A 41 cōpleuit C 42 discedit L  
43 uestis petiere L sitis A 46 celere B 47 uestris] uris C  
uentres L 48 iordanis A 50 ab p ad A<sup>1</sup>B at C a A<sup>2</sup> transscripta L  
51 quicquid  $\omega$  cel/sa (l eras.) A praefulgit L 52 aetheream C  
scribsit A dextera A<sup>1</sup> (e postea eras.) B

- sensibus et toto uelitis corde tenere.
- 5 nil durum rigidumue iubet, sunt omnia iusta, 9
- 55 mollia, iocunda longaeque accommoda uitae.  
utpote quae iubeant, ut, quidquid non placet ulli  
commissum in sese, id nulli inferre laboret.
- 14 sabbata diligite. sincero et corde fouete,  
quos lex una tenet. dominus quos exhibet unus. 9
- 60 nil uetitum fecisse uolet, qui diligit omnes  
nascendi sub lege pares. sit pascha quotannis
- 16 8 peruigili cum nocte potens septemque diebus  
otia lenta ferat nullique obnoxia curae.  
sit pater et genetrix cari semperque uerendi. 9
- 65 7 3 coniugium uetitum externa in gente cauete.  
5 idola disicite ritumque auertite laeuum,  
quem gentes peperere ferae, dum mortua curant  
numina et umbrosis statuunt donaria lucis.
- 20 1 quin etiam quotiens dat signum rauca cruentum 9
- 70 bucina et aeratas educunt classica turmas,  
5 6 constructas sacratae domus uinetaque laeta  
7 coniugium et licitum consuetis iungito festis:  
nam dubios semper faciunt instantia casus  
bella uiris nullusque sibi dat tempora uitae. 9
- 75 8 inbelles cohibete domi: mens saucia turbat  
saepe uiros fortes. omnique in tempore belli  
11 parcite supplicibus et debellate superbos.

53 uellitis *L* cordo *B* · 54 rigidum *L* 55 iocunda  $\omega$  longe  $\omega$   
accommoda *C* accomada *L* 56 utpote *L* quicquid  $\omega$  illi *A* 57 comis-  
sum *C* inferre *L* 59 exhibet *B* 60 fecisse: se ex *s&* corr. *A*  
61 quodannis *C* 64 caris *L* ue//rendi (re eras. ut uid.) *A* 65 ex-  
terna-cauete in ras., al m. ut uid. *A* cauete *L* uitate  $\pi$  66 idola  
disicite ritum *C* idcladissicertium *L* queaue rtite lē uum *A* 67 peperere]  
perere *C* 68 numinē (ē in e corr.) *A* numinæ *B* nomina *C* et umbrosis *C*  
tum umbrosis *L* 69 quoties  $\omega$  70 (a)erata seducunt  $\omega$  classica *L*  
71 sacratae *L* ueneta *L* 72 coniugium] congium *B* iungito festis *B*  
iungit ofestis *A* iungere festis *C* iungite  $\pi$  73 dubio  $\omega$  corr.  $\pi$   
74 tepora *A* 75 cohibet *C* conhibet *L* corr.  $\pi$  nens *B* 76 sepe  $\omega$

	19	euitate, uiri, fecundam euertere siluam	
	20	nobilibus pomis; steriles succidite saltus	995
80	21	1 tempore bellorum. corpus si forte perempti cernitur intectum. Leuitas cura tenebit	
	4	iuuencae truncare pedem, ne maximus ultor	
8	11	sit deus innocui. captiuam iungere lecto si placuit, ius omne sinet sub tecta tenere.	1000
85	12	crinigerum tondere caput unguesque secare	
	13	terdenosque dies lacrimis praestare maerentis extinctos caesosque senes, quis illa creata est. coniugioque sibi tum demum adnectere iusto.	
	14	ac si displicuit post damnum capta pudoris,	1005
90	20	deponat seruile iugum dominumque relinquat.	
	15	uxores si forte duas uir duxerit unus et non aequali seruat consortia cura,	
	17	pignora contemptae bissem cum iure tenebunt omnibus ex rebus, peperit quas cura parentis.	1010
95	23	damnatos tumulate uiros cunctosque sepulchris condite percussos; nulli nam terra negatur.	
	22	5 uestimenta uiri nequaquam femina sumat mulierumue mares; uetito fit noxia cultu.	
	6	inplumes auium si quis uult prendere fetus.	1015
100	8	ne matrem cum prole ferat, qui culmina pangit, prouideat, ne forte faber uoluatur ab alto.	
	9	uinea ne grauidos pariat bis feta racemos: nec tibi duplicibus carpatur messis aristis.	
	23	1sq. gentiles uitate uiros; et quidquid abhorret	1020

78 uertere *A* uetere *B* silluam *A* 79 succidere  $\pi$  82 iuencae *B*  
83 deus *om.* *B* 84 sinit *L* teneri  $\pi$  86 merentis  $\omega$  89 dampnum  $\omega$   
90 i<sup>n</sup> gum *A* relinquat *L* 92 aequale  $\omega$  93 iure tenebunt *p* iuge  
ire tenebunt *C* iuge & retenebunt *A* iuge retenebunt *B* 94 quas] quos *L*  
95 dampnatos *AC* (*sed* [s *pr. corr.* *A*) 97 nequam *L* 99 praendere *L*  
foetus *AC* fetus *B* 101 fauer *L* 102 foeta *C* racemos *A* 103 mensis  
arrestis *L* 104 . entiles (*initiali neglecta*) *C* uiros] ritus *coni.*  $\pi$  quic-  
quid  $\omega$  oborret *L*



- 105 moribus aut cultu, longe lex sancta repellit.  
 17 18 imundas inhibite lupas, ne praemia noctis  
 uenditae ad aeternam domini sacraria portent.  
 15 fugacem ne reddat ero quicumque tenebit,  
 ne ferus adficiat duro sub uerbere captum.
- 110 24 messem nemo legat alieno in rure creatam;  
 nec unum pressare uelit, quod protulit uua  
 25 uicini de parte sui; praecerpere sane  
 racemos spicasque licet, non demere totum.
- 24 2 coniunx pulsa domo alio si forte marito  
 115 3 nupserit, amisso si post uiduetur eodem,  
 4 ne redeat spreti repetens consortia lecti.  
 5 nemo nouam nuptam infecto eliminet anno.  
 6 nec mola uendatur, gemino quae concaua saxo  
 in goerum sinuata uolat frumentaue frangit.
- 120 16 alter ob alterius ne pendat crimina poenam.  
 25 3 ille quaterdena susceperet uerbera tergo,  
 qui stolido sermone ferox conuicia iactat.  
 4 ora triturantis fuerint ne uincta iuueni.  
 5 pignore non genito si fors decesserit ille,  
 125 cui frater adstabit, dimissam ducat ad aedes,  
 qui superest, natosque creet. ne semine nullo  
 6 sit uacuata domus gentemque infuscet inanem;  
 7 at si uir renuit, causam mox femina dicat  
 ad proceres legemque citet, quae cogit inertes.
- 130 11 iurgia se quotiens in rixam perfida uertunt

106 lupas *A* 107 uendite *C* uindite *L* aeternam  $\omega$  aeterna *uel*  
 aeterni  $\pi$  an in sacraria? 109 adficiat *B* atficiat *A* afficiat *C* sub erbere *L*  
 110 ru/re *A* 111 nec] ne *A* praessare *A' B* uellit *A' B* 112 per-  
 cerpere *L* 113 racimus *L* 116 spraei *A' B* le ti *B* 117 noua  
 (a ex u corr.) *B* 118 q. *C* saxa *L* 119 goerum *B* go rum *A* girum *C*  
 uolat *L* uocat *C* rotat  $\pi$  frangat (postea a in i corr.) *C'* 120 ob]  
 ab *A* 121 tego *C* 122 conuicia *A* conuitia *BC* 123 uinta *C*  
 124 pignere *C* 128 at] ad *L* rennuit *L* 129 que *AC* inaertes *L*  
 130 iurgias equotes *L* quoties *C* rixa  $\omega$  corr. Mayor perfidē *A*

- frendentesque uiros alterna in iurgia pulsant,  
 inserat his mediam sese ne femina. neue  
 inguina corripiat alieni obscena mariti. 1050
- 135 Haec quisquis deuotus agit, non tangitur ulla  
 peste mali, nec bella timet morbosque calentes,  
 nec sterilem sentit consumptis mensibus annum,  
 sed placidus toto laetatur tempore uitae,  
 diuitias donante deo, qui crimina mundi  
 despectat mitis iraeque in tempore punit.\* 1055
- 140 Talibus orabat uates cunctosque monebat  
 31 9 25 Leuitas. quos cura manet uenerabilis aulae  
 sacrorumque dei. ut legis iussa perennis  
 omnibus adsidue legerent; quo promptior esset  
 sollicitudo dei cunctorum in corde uirorum; 1060
- 145 26 utque etiam tabulas gemina de caute politas.  
 bis quina quae iussa tenent metuenda per orbem,  
 sanctificae adseruent clausas penetralibus arcae.  
 14 His actis prodire iubet Nauete creatum  
 iudicioque dei plebis dat iura regendae. 1065
- 150 20 utque libens Iudaea manus subuerteret aras  
 19 mentitosque deos, hymno dat uerba melodo.

## CANTICVM MOYSI.

- 32 1 Auditum tribuat deumque laudet  
 caelum quodque supra praetexit astra;  
 et tellus tumido diuisa ponto 1070

131 alternam iurgia *A* in : i in *ras.* *B* 132 hiis *L* ne sese  $\pi$   
 neue] neuem *L* 135 nec] ne *L* timi t *A* 136 sterile—annos  $\pi$   
 137 tempore *L* 139 despectat  $\omega$  quae *B* 140 uatis  $\omega$  142 leges *L* 143 assi-  
 due *C* adsiduae *L* promptior *C* prumptior *A* prumptior *B* 146 q. *B* iusa *L*  
 147 sanctifice *L* adserent *L* clausis  $\pi$  148 hiis *L* 149 dat iura *C*  
 datura *L* (daturę *A*) 150 quae *B* iudea  $\omega$  151 ymno *L* melodo *L*

INCIPIT CANTICVM MOYSI] INCIPIT *praef. C om. L, MOYSI AC*  
 MOYSIS *B*

152 dñmque laudat *L* 153 que *om. L* castra *C*

- 155 aures conmodet et sonos receptet.  
 mentis nuntia quos ait loquella:  
 2 ut suevit pluuios potare rores,  
 aestus cum rapidi calente flamma  
 messis puluereo tabescit aruo:  
 160 rident gramina parturitque mundus  
 et multum patulis diuisa rimis  
 nimbos frugiferos hiulca sorbet.  
 3 nomen nam domini mei poposci,  
 cuius gloriae conuenit honores  
 et laudes meritos referre seruos.  
 165 4 cuius eloquiis uerum cohaeret,  
 quae semper ualida uigent iuuenta.  
 rectum iudicium uiaeque iustae  
 nullis flexibus implicant uiantes:  
 170 iniquum nihil est nihilque prauum.  
 5 beatae dominus fidelitatis  
 non reddit meritis pares reatus.  
 quamuis progenies iniqua pactis  
 pernix supplicium sibi laboret.  
 175 6 heu plebs tristificae dicanda morti.  
 haec reddis domino deoque nostro.  
 illi, qui genitor mauult uocari.  
 seruis dum tribuit nomen natorum:  
 cunctos numine cum regat perenni,  
 180 ac possit subito delere leto?  
 hic te constituit. creauit ille,  
 qui nunc obtinet et tenebit olim.  
 7 memento potius aevi perennis.

155 cōmodet *C* 156 nuntio *L* loquela *C* 157 patare *A* 159 messes *L*  
 160 ridente *A* ridenter *B* mundus] tellus  $\pi$  161 ramis *A* 162 inimbos *L*  
 hiiulca *L* 163 numen  $\omega$  *corr.* *p* 165 meritas  $\pi$  166 coheret *C* conheret *L*  
 167 quae] cui  $\pi$  uigenti uenta *L* uigent inuenta *C* *corr.* *p* 171 felicitatis  
 (*ss. pr. fidelitatis*) *C* 172 ante meritis *spatium duarum litt. B* 17: qua-  
 mui *A* 174 labret *A* 175 tristifice *L* 176 deoque] quae deo *L* 177 illi *L*  
 ille *C* 179 nomine  $\omega$  *corr.*  $\pi$  180 delere loeto *C* de re lecto *L*

	et quae post obitum funusque uiuant:	1100
185	annos quos series futura sumat et quae sint iterum creanda. quaere. aut si mens hebetat. patrem precare. qui te continuo totum docebit; uel de presbyteris unum rogato:	1105
190	nubem discutiet dabitque lucem. 8 cum semper dominus in astra celsus diuisos populos dedisset orbi. primus quos genitor creans Adamus terrarum trepido dedit labori;	1110
195	uerbum iusserat ut dei perennis. finem gentibus indiditque summam, qualem siderea tenent cohortes. 9 cohaesit domino plebes Iacobi. cuius cretio conrogatur ipsi:	1115
200	heres nam domini deique uiuit sola sufficiens sibique firma: 10 qua tellus iacet abnegata tectis et solis calidis anhela flammis nullis perpetuum rigatur undis.	1120
205	istic eliciens deus nocentes adfecit merita subinde plaga. et mox sanctificae dedit medellae. 11 subdens dexteræ, ceu laborat ales pullos tegmine sub fouere pinnis.	1125
210	10 lumen ut medium solemus ipsi, per quod cernimus. abditum tenere.	

186 sint *L* sunt *C* quaerere *L* 187 haebetat *A* praecare *L*  
 189 presbiteris *L* unum *p* senem  $\omega$  192 diuisus populus *L* 196 finem] frem *L*  
 indedit *L* 197 conhortes *L* 198 conhaesit *L* cum hesit *C* plebis  $\omega$   
 200 quae *L* uiuit] uiui  $\pi$  203 hanhella *B* hanbella *A* 204 nullus *A*  
 205 deus *p* dominus  $\omega$  206 affecit *C* adfecit *L* subunde *L* 207 me-  
 delae *C* 208 dexteræ *L* dextera *C* laboret ales *A* 209 pullos  $\pi$   
 populos *C* populus *L* tegmine : ib *p* sub tegminis  $\omega$  sub geminis *Mayor*  
 pennis *C* pullos tegmine confouere pennae  $\pi$  211 pe *C*

- ne sit fors aliqua molesta plagae.  
 12 solus quos dominus ademit hosti,  
 qui caelum statuit fecitque terras,  
 215 13 ipsis multimodum cibum parauit,  
 quem tellus parit inrigata nimbis;  
 mellis et latices dedere saxa,  
 et pingui pariter fluente oliuo.  
 14 lac uictum pecudum dedere mammae;  
 220 20 tellus triticeas fecunda messes  
 et uinum madidis creauit uuis.  
 15 cuius laticibus repleta pubes  
 gestit ebria denegare numen,  
 cuius muneribus ditata regnat!  
 225 16 quin et pestiferos secuta ritus  
 17 pingues daemonibus parauit aras.  
 19 uidit haec domini deique lumen  
 et iustam meritis necem parauit  
 sontes dissocians proculque pellens,  
 230 21 dum rectum potius uidetur ipsi  
 ignotam refugis praeferre gentem.  
 22 ignis e domini coruscat ore,  
 qui, cum perpetuum pererret orbem,  
 ipsis emicat inferis timendus.  
 235 23 sternit pabula diruitque messes  
 et quae seminibus uenere iactis.  
 23 lucent sidera fulgurantque montes,  
 iusta cum dominus mouetur ira  
 et telo timidos petit calenti.  
 240 24 pallor corpora luridus necabit,  
 ieiunum solitus adire pectus.

212 ne fit sors  $\omega$  *corr. p* (sit  $\pi$ ) 214 qui *p* et  $\omega$  215 parabit *A* 216 inrigata  
 nimbis *C* animbis (*litt. inrigat om.*) *L* 220 menses *L* 222 pubis  $\omega$   
 223 æbria *C* 225 pestiferus *L* 226 demonibus  $\omega$  iras *B* 232 igni  
 se *L* orem *B* 233 peresset *L* o bem *A* 234 inferis *B* 235 papula *L*  
 237 fulgorant  $\omega$  239 telo  $\pi$  cælo *C* tello *L* timidus *L*

	illos pennigeræ ferent uolucres ;	
	illos bestiae mordicus uorabunt ;	
245	25 illos uulnera duriora ferro consumptis facient lugere natis ;	1160
	27 tandem desinat ut sibi uideri diues ceu proprio Iudaea dono.	
250	30 illam uulnificus delebit hostis, unum dum fugiunt timentque mille.	1165
	sed rursus dominus redit serenus, ut totam protinus [placidus] sedauit iram ; longe dissimilis deis reorum ;	
	32 quorum uinea uitis est Gomorrae fellito nimium fecunda musto,	1170
255	33 cunctis dirior aspidum uenenis. 35 tempus iam properat. uidete, leti. omnes quo dominus coerccet ultor.	
	37 et nunc pestiferos rogate diuos : 38 adsint, subueniant leuentque poenas. ut uotis redeat medella uestris.	1175
260	39 solus sum dominus, uidete : solus uitae conditor arbiterque leti ; ius est parcere, ius mihi ferire ! nullus fortior arbiter caelorum	1180
265	extat, qui ualeat leuare leto illum, quem domini manus coerccet. 40 quam dum stelligera per astra tollo. dicam : „Perpetuis mandabo saeculis 41 educens gladium uagina nudum :	1185

242 illos  $\pi$  illo *C* ille *L* pennigere  $\omega$  ferunt  $\omega$  *corr. p* 243 uorabant *C*  
245 legere *B* 246 designat *B* 247 ceu | ceum *L* 248 illa *L*  
delibit *L* 251 ut totam protinus sedauit placidus irā *C* ut totam  
protinus placidus sedabit ira *L* 252 reorum *C* reuorum *L* eorum  $\pi$   
255 uenenus *A* uenemus *B* 256 loeti  $\omega$  laeti  $\pi$  257 quo  $\omega$  quos  $\pi$  coerccet *L*  
ultos *L* 258 rogare diues *L* 259 atsint *C* paenas *B* 262 loeti  $\omega$   
263 ius est mihi ferire  $\omega$  *corr.*  $\pi$  265 exstat *L* loeto  $\omega$  266 con-  
hercet *L*

- 270 qui dum per trepidos rotatur hostes.  
 lucet fulgure candidus corusco.  
 imis pestifer et timendus altis.  
 43 semper cum domino laetare. caelum!  
 quem cunctus polus angelique laudent  
 et gentes socia parique plebe.  
 275 longa nam dominus erumpit ira  
 et, dum percutit improbos superne,  
 parcit subditis et pios reseruat.

- 34 1 Postquam digna deo cecinit modulamina uates,  
 280 uisurus terram Nabali e uertice montis  
 donatam populo, cuius moderamen agebat,  
 conscendit sublime iugum functusque deinde  
 5 occubuit. nullo contactus membra sepulchro.  
 7 cuius uita fuit bis sexaginta per annos  
 285 omnibus in rebus felici interrita cursu.  
 nullis fracta malis nullique obnoxia morbo:  
 7 quin etiam occiduo sub tempore lumina flammis  
 seruauere suas. uisu sincera sereno.

270 hostis *L* 271 fulgore  $\omega$  272 himis *C* 274 populus  $\omega$  *corr. p*  
 277 improbos *C* improbus *L* supernæ *C* 279 cecinit *L* uatis  $\omega$   
 280 Nabali *p* Haba'i  $\omega$  281 donata  $\omega$  *corr. π* moderaminagebat *L*  
 283 nullo : o *ex u B* sepulchro *C* sepulchro *A* 285—288 *desunt C*  
 (*statim post u. 284 nulla lacuna interiecta paenultimo uersu folii 91<sup>r</sup>*  
*sequitur liber Iesu Naue u. 143 sqq. C*) 286 fracta *p* facta *L*  
 288 seruare sua suis uisu *L* *corr. π*

EXPLICIT METRVM DEUTERONOMII *L om. C*

## IESV NAVE.

- 1 1 Haec inter dominus Iesum dignatus adire  
 promittit ualidis sublimem confore donis,  
 2 admonitum transire uadum Iordanis amoeni  
 castraque metata hostili inponere ripae;  
 5 utque nouas sedes terrarum in parte reposita  
 6 constituat plebemque locis disponat opimis.  
 4 quin etiam gentes distincto ex nomine noscit  
 monte tenus magno. quem Libanon incola dicit.  
 usque tuas. prono qui laberis agmine, ripas.  
 10 Euphrates. Syrio disiungens limite Persas.  
 uel mare. quod tumidum uentosis fluctuat undis.  
 5 nam praeter eximium conserta in proelia robur.  
 terrorem late populis pallentibus indens,  
 Iudaicus miles domini tutamine fidit.  
 15 cui meritum insigne dominus largitus ab astris  
 praestitit. ut caperet dites sine uulnere terras.  
 7 „Heia age uiriles, deus intonat, arripe curas.  
 ut populus donata sibi mox regna capessat.  
 8 legiferoque simul uisus ne dimoue libro.  
 20 ut domino tutus numquam uiduere perenni.“  
 10 ille citus scribis mandata gerentibus infit.  
 11 ut uictum populus et congrua tela capessat.  
 moturus ualidas uicina ad bella cohortes.

INCIPIIT METRVM SVPER LIBRVM IESU NAVE A f. 151<sup>r</sup> B  
 f. 154<sup>r</sup> (SVPER LIBRVM *om.* B)

4 imponere B 6 disponit A 7 distincto L distincte π 8 libano L 1—146 AB  
 10 eufrates A eufratis B sirio A 11 uent//osis (u *er*aso) A 12 con- (L = AB)  
 sarta p referta L praelia B? 17 uiriles B uiriliter A deus] dñs A  
 20 tótns (v *al.* ss.) B 21 gentibus infit B 22 capissat A 23 con-  
 hortēs B



- tertia puniceum signet cum linea mundum,  
 25 12 adfatusque tribus iuncto Iordane manentes,  
 14 ut pecora et natos percepta in rura relinquant,  
 • 15 at bellum commune gerant uictisque deinde  
 se referant populis. domino quos principe pulsant.  
 16 illae alacres iungunt cuneos atque agmina miscent,  
 30 aspera quaeque pares ferro notisque petentes.  
 2 1 Haec inter iuuenes pugnaci ex agmine lectos,  
 quae loca quiete habeant homines. ubi moenia gentis,  
 uestigare iubet cursimque inspecta referre.  
 pingua qui Medium lustrant dum praedia terrae,  
 35 inrumpunt urbis aditus custode uacantes  
 occultique situm lustrant et tecta Hiericho.  
 excipit hos meretrix. dudum quae dicta Rachaba est,  
 clamque tegit trepidos ac uerbis sedula mulcet.  
 2 quod postquam regi dictum. terrore minaci  
 40 3 4 exigit absconsos stabili cum mente loquentis  
 5 egressos dudum portis bipatentibus ambos,  
 6 quos tamen occultim lignorum texerat antro.  
 7 illos cura ducis per diuina quaeque requirit  
 et. uelut hostis agat, portarum limina claudit.  
 45 8 at meretrix. postquam cessauit cura tyranni,  
 uertitur ad iuuenes et uatis more locuta est:  
 9 „Nota mihi. fratres. dominus quae praemia uobis  
 10 deferat. ex furua cum primum dempsit Aegypto:  
 ut mare per medium fluctu suspensa tumentis  
 50 unda fuit uobis ueluti pro moenibus ingens,  
 uel cum per uacuas heremi squalentis harenas,  
 caelicolum uictum nivalis manna parauit.  
 uel cum terrifici reges, trans flumina rauca

27 at *Mayor* ad *A* ac *B* comune *B* 28 referunt *A* 29 adque *B* 32 gentes *A*  
 34 an *Madiam*? 35 uagantes *B* 36 iericho *B*<sup>1</sup> 37 exceptis os *B*  
 q. *B* 38 clamque tegit] cum tegit *B* 40 loquentis *A* loquenti *B*  
 41 egressus *B* 42 an *linorum*? 43 Illos] Illos quos *B* diuina *B*  
 44 ostis *B* 45 ac *B* 46 uatiis *B* loquuta *B* 48 defferat *B* dempsit *A*  
 49 per dium *B*

- Iordanis positi, uestro mucrone cadentes  
 55 liquerunt patrias uobis uincentibus urbes.  
 11 quid moror? obsedit mentes et pectora pallor;  
 nullus tela capit curuo nec fudit in arcu;  
 non pedes aeratas acies in proelia denset;  
 non quadriga uolat ferrato bellica curru.  
 60 uobis uera datur, iuuenes, uictoria, uobis  
 sidereo ab rege, qui terram fecit et astra.  
 12 et nunc, o iuuenes, iuratis dicite uerbis,  
 ut, cum depositis procumbent moenia muris,  
 sit salus in uestris conposta et credita dextris,  
 65 13 ne captiua fiam socia cum stirpe domuque  
 patribus et caris, quorum me cura fatigat.“  
 14 adnuitur cunctosque domi seruare iubetur,  
 uiuere quos cupiat secum, atque indice signo  
 18 spartea uincla sua suspendat cauta fenestra:  
 70 ut, cum per captam legio se fuderit urbem,  
 inlita puniceo cernatur lana colore.  
 22 illi alacres superant fossas et tuta capessunt  
 Aisamo in colle, trina sub luce latentes,  
 ne, dum praepropero repetunt sua castra recursu,  
 75 incurrant aliquos diuersa ex parte sequentes.  
 at meretrix secura sui mandata facessit.  
 3 1 nec non et princeps, iuuenum sententia doctus,  
 raptim castra mouet Sattina ex ualle proculque  
 aduolat atque animos palpat dans otia cunctis  
 80 2 trina die; scribasque instigat dicere plebi.  
 3 ut, cum sacratam praeferrī adspexerit arcam  
 atque sacerdotes post altar pergere celsum,  
 signa leuent alacres promptim spatiumque relinquunt,  
 4 milia quod sensim duo compleat; atque fluentis

55 liquaerunt uobis patrias *B* 56 pecora pullor *B* 58 praelia *B*  
 62 o *om. B* 68 adque *B* 69 spartea *B* sportea *A* 73 Aisamō *p*  
 (*ex Num. 33, 49*) Osamo *L* colle] colore *B* 76 sui] sua *B* 78 Sattina *p*  
 Attina *L* 79 auolat *B* 80 Trina *p* Una *L* die π dies *L* aspexerit *L*  
 82 adque *B* 83 promptim *A* prumptum *B* 84 adque *B* fluentes *L* *corr. Mayor*

- 85 5 corpora purificent, domini ante ora locandi.  
 7 Haec inter princeps domini dignatus honore  
 emicat. eximio Moysetis stemmate dignus.  
 15 iamque sacerdotes fluuium transmittere iussi  
 nuda in primori mergunt uestigia ripa:  
 \* \*  
 90 4 2 tum bissena tribus dat lectos iussa tribunos.  
 qui medio e fundo legerent candentia saxa,  
 6 7 calculus ut madidis bisseus demptus harenis,  
 flumina testetur populo siccata uianti.  
 9 consimiles etiam cautes numeroque modoque  
 95 in medio posuere sinu. quas mobilis unda  
 diluit et rauco perfundit lubrica fluctu.  
 12 at Rubena tribus nudatum transmeat amnem;  
 quam Gada subsequitur. media properante Manasse.  
 13 quadraginta uirum mittentes milia bello.  
 100 3 13 cum subito eluuius, fluuio decurrere sueta.  
 16 stringitur et glacie cursus frenatur aquarum:  
 euolat inferius positi pars fluminis ac se  
 condit in oceanum uastoque inmergitur aestu  
 a regione, pii quae condit membra Mosetis,  
 105 usque ad inmensum dubiis cum fluctibus aequor.  
 4 18 atque ubi Iordanem transmeauere frequentes,  
 laxatur glacies solis mollita tepore  
 exsuctasque prius coniungit flumine ripas.  
 5 1 Haec ubi cognorunt diuersa in parte tyranni.  
 110 demittunt mentes; nullum constantia firmat.  
 2 hic princeps cultros bissena ex caute parauit,  
 3 de quibus. ut iussum est. populi praepudia dempsit.  
 6 nam bis uicenos heremo plebs tanta per annos  
 ediderat ualidos maiora in milia natos.

87 aemicat *B* moysetis *B* mosetis *A* stemate *B* 89 lacunam  
*indicaui p* 90 tum nobissena *B* 95 mobiles *B* 97 at] aut *B* ampñe *B*  
 omnem *A* 98 quae cada *B* 101 glaciae *A* 103 inmergitu *B* 106 adque *B*  
 107 tempore *B* 108 exsuctas *B* exsuetas *A* adsuetae π 109 cognouerunt *B*  
 110 dimittunt *L. corr. p* 112 de p e *L* 113 heremo] aere me *B* 114 aediderat *B*

- 115 8 praebetur his lenta quies, ut tristia maestis  
uulnera mitificet sensim coitura cicatrix. 9  
10 pascha dehinc colitur et candens manna negatur  
12 ditibus annona, quam passim plurima messis  
exhibuit populo certatim farra metenti.
- 120 11 azyma niuosa pascit de polline laetos.  
10 noctis festa piae campo celebrantur aperto,  
nouorum in mense senis bis solibus actis.  
(6 1) haec super e portis despectat turba pauentum,  
castra modo et lecto conseruans milite muros.
- 125 13 interea uates quendam mucrone minantem  
perspicit, et celere gaudet coniungere gressus.  
talia dum memorat: „Qua te de parte praesentas?  
noster es, an potius Phoenicum, ex gente? fatere.“  
14 accipit optati sermonis protinus usum.
- 130 sublimi narrante deo. „Delapsus ab alto  
aethere nunc ueni. totis cui militat astris  
insignis legio et quo sub principe degit.“  
15 ille sub haec mixta tacitus formidine gaudet,  
fusus humi ueneransque deum, dum talibus infit:
- 135 „O domine, immensam dignatus linquere sedem,  
quae famulum celerare iubes, quas sumere curas?“  
16 dicitur, ut propere plantarum uincola soluat,  
fixerat in sancta quoniam uestigia terra.
- 6 1 quin etiam ualidam muris atque obice firma  
140 casuram Hiericho uidet, gentesque feroces  
2 atque obitum regum, quibus est coniuncta ruina.  
3 7 ille celer toto circumdat milite muros,

115 tristitia estis *B* 118 didibus *B* 120 azima *A* azema *B*  
121 noctis *B* nocti *A* piae *A* pie *B* 122 altis  $\pi$  123 dispectat *L* corr. *p*  
124 et delecto *B* 125 uatis *L* mirantem *L* corr. *p* micantem  $\pi$   
126 perspicit *B* celeri *L* corr. *p* celeres *Mayor* congaudet coniungere *B*  
127 pate *B* presentas *L* 128 foenicum *A* fenicum *B* 129 obtati *A*  
130 dilapsus *L* corr. *p* 136 quae] quo  $\pi$  iubis *B* curas] causas *B*  
137 ut propere] propere ut *B* uincola *B* 139 atque *p* ad *L* ab  $\pi$   
140 casuram *B* cesuram *A* 141 atque *absumptum* *A*. 142 totos  $\pi$

- pone sacerdotes statuens arcamque sacratam,  
 8 uatibus inperitans. quo plebs audentior esset.  
 145     terrificos sonitus septem proflare tubarum.  
 11 iussa dehinc legio tacite circumuenit urbem.  
 10 ut tum belligerum tollat stipata clamorem,  
       terrificum dederit proceris cum tessera signum.  
 15 septima iamque dies laetum patefecerat orbem,  
 150     cum iubet aeratas acies in proelia Iesus  
 16 fidentem proferre gradum uastumque fragorem  
       mittere pectoribus. quem promptim tela sequuntur  
       non aries caementa quatit turresque retundit  
       incessens etiam muros portasque superbas.  
 155     sed fragor et ~~uastae~~ concordi murmure uoces  
 20 tormentum mortale gerunt, quo moenia sidunt  
       nūdataque suis patuerunt omnia claustris.  
 21 inrumpunt alacres subuersam protinus urbem.  
       omnia uertentes gladio flammaque uoraci.  
 160     22 femina sola fuit meritae donata saluti.  
 23 ciuili discreta neci atque abdita castris,  
       cognata comitante manu, ne nescius illam  
       interimat miles, totis dum postibus errat.  
 24 seruatur domino uirtutum lauta supellex  
 165     omnibus ex rebus. poterant quae pascere uisum.  
 26     His actis princeps populum iurare coëgit,  
       ne studeat quisquam muros renouare iacentes  
       pignore multandus primo fundamina propter,  
       extremo dehinc. temptet si attollere portas.  
 170     7 1 interea euentus corrumpunt praua secundos.  
       idola sectatur populus et pronus adorat

143 poene *A*     144 imperitans *A*     ardentior *B*     145 terrificus *B*  
 146 orbem *B*     147 *C* f. 191 *uersu paene ultimo*. tum *p* cum  $\omega$      148 te-147  
 sera *BC*     149 iamque] que *om.* *BC*     letum *BC*     152 prumptim *L* ( $\omega$ )  
 153 cementa *C*     cimenta *L*     quatitur resque *B*     155 uaste *BC*     condimur *I*.  
 mure (cor *om.*) *B*     156 mortale *A*     morale *BC*     murale  $\pi$      160 donate *C*  
 161 adque *B*     162 comitata *A*     163 erat *B*     164 suppellex  $\omega$   
 165 q. *C*     166 conegit *B*     167 lacentes (*sic*) *C*     168 mutandus *B*  
 fundamine *B*     169 extremo] *Mayor*     171 pronus] protinus *B*

- saxa leuata manu. dum cautes numina credit.  
 signifer est Acharus. Carmeli filius Ambri,  
 quem sectata cohors dominum legemque reliquit.
- 175 2 in uetitis haut laeta diu: nam milia postquam  
 3 trina uirum consueta, nefas, sunt missa per arua  
 hostica credentum facili formidine uinci  
 4 Georum pubem, trepide dant terga per agros  
 praecipitique fuga repetunt sua castra ducemque.
- 180 6 dedecus id postquam ductoris contigit aures,  
 discindit uestes et prouida pectora tundit,  
 quem comitata senum confestim turba maerentium  
 7 supplicat, innocuis dum poscit uocibus Auses:  
 „O domine, quae causa fuit producere plebem  
 185 Aegypti de sede tuam? quid pendere fluctus  
 aequoreos cunctaque dehinc quae tradita nosti  
 ingenti donante manu, qua ditius est nil?  
 an ideo, adfictam tumidus ut sternat Amorreus?  
 tutius ergo fuit trans magnum degere flumen,  
 190 qui patuit nobis hibula siccatus harena.  
 saucia quid faciet, aut quid confusa loquetur.  
 quod mage seruitium cupias detrudere lectos.  
 atqui uera salus et certae dona medellae  
 te penes et quidquid mitis clementia praestat.
- 195 9 conuenient gentes. dederas quas uiuicere nobis;  
 mixta Iebusaeus Amorreusque phalange  
 aduersum te. summe sator. fera bella mouebunt.

172 saxa leuata C nomina B 173 acharus C carmeli B 174 cohors B dominumque L que om. C legemque om. B reliquit C reliquid A relinquit B 175 haut A aut B haut C 177 credentum L credunt tum C 178 Georum AC Seorum B pubem] urbem π trepide C 181 descendit B prouida A praenida B prouida π in x an x in o corr. ?) C tundit B 182 quem] que C comitante B confestim dat turba AC dat om. B maerentium C 183 auses C aures L 185 aegypti C quid] qui B pandere π 188 tumidos B amorreus AC amorreos B 190 arena B 192 seruitum B ditrudere C 198 atqui L certe BC 199 paenes A pene sed C quicquid AC 196 iebusaeus AC falange π 197 sume B merebunt B

- ergo tuum nomen pateris ridere superbos  
ignotaeque tibi gentes plus iuris habebunt?\*
- 200 13 flectitur his dominus uatemque adsurgere iussit.  
commemorans sensim deformis crimina culpae  
plectenda exitio capitis. quod talia suasit.  
16 hinc ubi prima dies noctem dimouit opacam.  
corripit e somno corpus sociosque fatigat
- 205 20 cognatasque tribus per nomina singula uisit:  
25 deprensens noxale caput dat corpora morti  
inproba. dum pariter pecudes mittuntur in ignem.  
20 quod facinus primus commissum dixit Acharus  
21 infelix praedae et spoliolorum accensus amore.  
210 22 quae sepulta domi propria tellure tegebat.  
22 continuo haec missi quaerunt; quae cito reperta  
23 et coram conposita duce populoque frequenti.  
24 ille ubi quaesitam uidit non defore praedam.  
talibus eloquitur rector terretque timentem:
- 215 25 „Fare age nunc cunctis. quae te dementia cepit.  
aut quid adiuuit rerum tibi nescius usus.  
inmemor ut legis ritum sequerere nocentum?  
et nisi saluasset sublimis gloria plebem.  
libera colla iugo pressisset uictor Amorrus.
- 220 220 heia age, pro cunctis admissa piacula pende.  
ut saluata deus dominusque in castra recurrat.“  
haec ubi disseruit, saxorum tollitur imber  
damnatumque premit stirpemque euerberat eius;

198 redire  $\omega$  corr.  $\pi$  199 iure *B* 200 hiis *B* 201 cōmemorans *C*  
commerans *B* crimine *C* 202 plaectenda *B* plectanda *A* quod] qui *A*  
203 demouit  $\omega$  corr. *p* dem . . . (*spatio relicto*) *A* 204 e] & *L* 206 depraen-  
dens noxiale *B* corpore *C* 207 improba *C* peccudes *B* 208 cōmissum *C*  
commissum *A* 211 haec] huc  $\pi$  missi  $\pi$  missa *A* misso *BC* quaerunt  
*Mayor* sunt  $\omega$  q. *C* cito cuncta reperta  $\pi$  212 quoram *B* conposita *AC*  
composito *B* corr.  $\pi$  214 tumentem *A* 215 detementia *B* coepit *L*  
216 audiuit *L* adiuit *C* corr. *p* 217 legis ut *B* ritus  $\pi$  sequere *B*  
219 pressisset iugo *BC* (praessisset *B*) 220 per cunctos  $\pi$  admira *B*  
pande  $\pi$  221 deus dominus] *litt.* dād *in ras.* *B* 222 deseruit *B*  
ymber *BC* 223 dampnatum *BC* praemit *B* uerberat *B*

- et pecora et quidquid rerum seruauerat idem.  
 225 candens flamma rapit canoque in puluere soluit.  
 8 1 his actis curae emotae: deus omnia mitis  
 respicit et cunctis pariter consueta resignat  
 robora, quis ualeant acies detrudere cunctas.  
 3 accipit hic domini mandata insignia rector,  
 230 instruat ut socias quaecumque in bella cohortes,  
 mille legens iuuenes insigni corpore et armis,  
 4 ut. belli dum furta parant, dumeta capessant.  
 haut procul hos tacite Gergesi a moenibus abdens,  
 5 ut cum mentita formidine uertere terga  
 235 occipiat clausosque uiros educat in aequum,  
 7 continuo celeres nemorosa cubilia linquant  
 nudatasque uiris studeant peruadere portas.  
 nec mora. propositis respondent omnia uatis.  
 postquam obliquo decertant agmine turmae,  
 240 15 princeps terga suos confestim uertere iussit,  
 16 quos inimica super denso ruit agmine turba  
 ac multo clamore premit ferrumque coruscat.  
 19 quod speculata cohors, quae concaua ualle latebat.  
 euolat et uacuis perrumpit moenia portis,  
 245 subiciens rapidos tectis sublimibus ignes.  
 20 confusus cum deinde sonus ac flebile murmur  
 Gergessos conferre caput uisumque coegit.  
 respiciunt atram in caelum uolitare fauillam  
 flammaramque globos, quos culmina capta uomebant,  
 250 22 diuersamque manum tergo frontique minantem:

224 quidquid] quicquid *AC* quid *B* idem] id est *B* item  $\pi$  225 cadens *BC*  
 canoque] canope *C* 228 robora *C* 229 hic] haec  $\pi$  domini] dñm *C*  
 230 conhortes *B* 232 uerba dumeta capessant *om. C* dummeta *A*  
 233 haut *A* aut *B* haud *C* 233 Gergesi a *p* gergesia *AC* gersia *B*  
 Gaeorum  $\pi$  menibus *BC* 235 occipiat *C* accipiat *L* clausus *B*  
 236 nemorosa *BC* numerosa *A* linquat *L* 237 nudata *B* 239 oblico *B*  
 242 praemit *B* choruscant *A* 243 speculati *C* conhors *B* q. *C*  
 244 menia *C* 246 ac *A* e *BC* 247 gergessos *C* gergesos *L* Gessaos  $\pi$   
 conegit *B* 249 globus *B* capta uomebant *absumpta A* uomeb' *C*



- deprensi horrescunt exossaque tela relinquunt.  
 confixa ante oculos lacrimantumque ora parentum  
 pars in praecipites fossas uictore ruente  
 truditur. aut captae portis sese arietat urbis.
- 255 25 sternuntur ferro iuuenum bis milia sena.  
 23 ipse quoque exultans aususque erumpere in aequum  
 rex primo incursu capitur uinctusque tenetur  
 29 configiturque cruci: miserum dant saxa sepulchrum.  
 27 omnibus absumptis solum non sorbuit ignis.
- 260 quod rapuit festina manus; iumentaue tantum  
 sunt dirempta neci, subeunt quae pondera tergo.
- 9 1 interea ad reges reuolat uictoria cunctos.  
 audit Amorreus Iordani adiunctus amoeno  
 et qui dumosis posuere in montibus aulas  
 265 uel campos habitant laetos uallesque supinas.  
 et qui caerulei consistunt margine ponti.  
 Cetaeusque simul Chananaeusque susurrat  
 Eueusque pauet Pherezeusque labascit.  
 et Iebusa manus pariter Gergessaue pallent.
- 270 2 nec tamen infracti penitus penitusque iacentes  
 attollunt animos seseque in proelia firmant:  
 omnibus unus amor Iesum detrudere regnis.  
 conueniuntque Gabana. loco atque agmina sistunt.
- 8 30 ipse inter curas bellorum construit altar.
- 275 31 Moysetis de more. deo: quod uincla ferri

251 depraesens *B* exossa  $\omega$  relinquunt *C* 252 confixa  $\omega$  an confixi?  
 pars fixa  $\pi$  254 arieta turbis *L* 255 sena *p* dena  $\omega$  257 deest *A*,  
 adest *BC* in primo *C* 260 lumenta (*sic*) *C* que *om.* *C* 261 direpta  $\omega$  corr. *p*  
 que *L* q. *C* inter 261 et 262 *uu.* 274—286 ponendi uidentur 263 adiunctos *B*  
 ameno *C* 265 supinos *A* 267 cetheus *L* ch&teus *C* Hetaeus  $\pi$   
 simul—Eueus *om.* *B* chananeus *AC* 268 pauit  $\omega$  ferezeus  $\omega$  labascit *L*  
 labascit *C* 269 Et Iebusa | Iebusaea  $\pi$  gergesa *B* 270 penitus  
 semel tantum *L* iacentis *B* 271 seseque | que *om.* *C* praelia *B*. pelia *C*  
 272 iesu *C* regnis | ignis *B* 273 gabana *A* gebana *BC* f. Gabaona  
 (ut 287) Gibana  $\pi$  loco *C* loca *L* adque *B* 274—286 post 261 collo-  
 candos suspicor 274 alta *B* 275 moysetis *C* moysetiis *B* mosetis *A*

- nulla ligant, dum saxa simul compacta cohaerent,  
 aequali coeunte situ, libamina promens  
 grata deo, quis spirat odor iucundus in altis.  
 32 quin etiam legis describit iura magistrae:  
 280 Deuteron est nomen, quoniam transacta reuoluit;  
 quam pariter totum fas est cognoscere mundum.  
 33 arca sacerdotum uehitur ceruicibus alma,  
 quicumque ut uideant domini donaria summi.  
 34 atque etiam uates populo benedicere suetus  
 285 percurrit. quae iussa prius, quae cauta deinde,  
 gestorum ratione pari atque ordine certo.  
 9 3 at Gabaona manus postquam successibus altis  
 Iudaeos creuisse uidet caesosque tyrannos  
 urbibus euersis nullumque obsistere posse,  
 290 4 callida uersuto celerant concludia facto  
 16 et, quos contiguus regio coniunxerat aruis,  
 9 confingunt discreta procul sese adfore terra  
 mirantes tropaea uiri palmasque recentes.  
 11 si ualeant precibus uictori adiungere dextras  
 295 et sociare domos totamque adnectere gentem  
 uicturam ratione data, ni dissona corda  
 despiciant humiles et subdita colla retractent.  
 utque fidis certae ualeant seruare colorem,  
 12 4 deprensos multo compellant pondere mulos,  
 300 putria portantes celeri molimine farra,  
 quae ueteres lasso cohibebant tegmine sacci;  
 13 5 uinaque consuti multo cum uulnere folles

302] Mico: Vinaque--folles Alchimus

276 saxa] sueta *C* cōpacta *C* coherent *AC* conaerent *B* coercent  $\pi$   
 277 aequale *B* 278 quis *C* qui *L* iocundus *BC* 279 describit *C* des-  
 cribit *A* descripsit *B* iure *C* 284 adque *B* uatis  $\omega$  285 que *AC* q. *C*  
 286 gestorum rat *abscissa* *A* adque *B* 287 at] au *B* gabatna *C* 288 uidit  $\omega$   
 cesos *L* cēssos *C* 290 calida *B* caelerant *B* concludia *B* 293 tropea  $\omega$   
 294 praecibus *B* adiunge *B* 295 adnectege regentem *B* 296 datā *C*  
 nisisona *B* 297 despiciant  $\omega$  *corr. p* 298 fidis *C* fides *L* fidei  $\pi$  299 depren-  
 sos *B* depræhensos *B* cōpellant *C* compellunt  $\pi$  multos *B* 301 ueteres]  
 ueres *C* conhibebant *B* 302 quæ consua *C* multo *C* multum *L* Mico

- uix retinent, dum plaga negat uincire liquorem.  
 uestitus lacero nudabat corpora panno.  
 305 calceus adtritis misere dat tegmina plantis.  
 15 frangitur his ductor populi, dum supplice palma  
 uincitur et mentes credit cohaerere loquellae.  
 suscipit orantes ueniam castrisque receptat.  
 16 set. ut saepe solet, non longum ficta teguntur,  
 310 conpositosque dolos aperit testatio ueri.  
 22 ilicet hos uates coram castigat amice;  
 19 et, quia iurarat domini per nomen aeterni.  
 mansit amica fides: sed ius commune negatum est:  
 21 23 lixarum officio circum sacraria iussi  
 315 conuehere exortes puris de fontibus undas.  
 10 1 hos Donibezelo postquam descisse relatum est.  
 regna Iebusaea qui tum tractabat in aula,  
 5 quinque mouet reges suscepta in proelia fidos.  
 acrius obliquus sociis pro foedere rupto,  
 320 quam (in) populum, immensas acies qui fuderat armis.  
 6 at Gabaon coetu multorum territa regum  
 mittit oratores uatemque exposcit amicum.  
 confestim toto succurrat milite maestis.  
 7 nec mora, correptis dimittit Galgala signis  
 325 8 hostica castra petens, domino subdente uigorem  
 talibus adloquiis: „Timeas ne nomina regum  
 multa simul ualidasque putes his esse cohortes:

303 uincere  $\omega$  304 lacere *B* 305 calceus| caleus *L* adtritus *C* Becker  
 missere *BC* 306 ductor| ditor *C* dum *om. C* 307 mentis *B* coherere *C*  
 coherere *A* cherere *B* loquellae *A* loq.læ *C* loquella *B* 309 set *p* Et  $\omega$   
 sepe *A* seper *B* 310 aperit *BC* uiri *B* 311 ilicet *BC* uatis  $\omega$  amice *C*  
 amicis *L* 312 et id quia *L* id *om. C* 313 fidis *B* commune *B*  
 cōmune *C* negatur  $\pi$  314 iussi *A* iussis *B* iusis *C* 315 exsortes *B* xsortes  
 (e *om.*) *C* exsordes  $\pi$  316 discisse *B* 317 iebusea  $\omega$  318 plia *C*  
 proeli *B* 319 atrius *ut uid. C* obliquus *A* oblicuus *B* obliq's *C*  
 obliquans socios  $\pi$  federe *A* phoere *B* 320 in *om. \omega* *add. p an*  
 populo? 321 aut *B* gabaona caetu *C* 323 totos occurrat *B*  
 succurrit *A* 326 alloquiis  $\omega$  327 ualidans *B* putos *A* conhortes *B*

- quamlibet immensa confidant nube cateruae.  
 nil pedes efficiet equitum nec tela ualebunt.  
 330 falcibus et curuis armatas temne quadrigas.  
 namque ego pallenti quatiā formidine gentes;  
 nusquam fronte pari concurrent comminus hostes  
 palantes tumida ualido cum milite caede.\*  
 9 haec ubi cognouit, numerosum tendit ad hostem;  
 335 namque Apaphum belli tenuerunt sede tyrāni  
 10 confestimque fugam dimisso milite sumunt.  
 cetera turba uirum confusae stragis aceruo  
 occubuit camposque inpleuit fusa patentes.  
 11 nec tantum exanimes uincentum perculit ensis.  
 340 quantum praegelidi conferta ex grandine nimbi;  
 et licet hinc enses, hinc fulmina clara coruscent.  
 una dies tantis non est sat longa triumphis.  
 12 ergo hebetes cernens gladios et funera lenta.  
 auxilium a domino princeps, quod suserat, orat.  
 345 „Quamlibet extentis lux haec non sufficit horis.  
 tempora ni iubeas noctis se adiungere luci.  
 sit nunc flamma uagi librato in pondere solis  
 nec moueat tremulos lunaris circulus ignes.  
 ut elementa, suis ceu nescia currere metis,  
 350 tempora protelent, condensus dum ruit hostis.\*  
 13 auditur prope: sol sistitur et uaga luna  
 cohibuit faciles utroque in cardine cursus.

350] Mico: Protelo. Tempora—hostes . alē.

328 confidant: a ex u ut uid. C nubæ B 329 efficiat B (efficient π)  
 tela 330 fal/cibus B tempne BC 331 namque| nam B 332 fronti B  
 comminus B cōminus C hostis C hortēs B 333 tumido (sic) palantes  
 (pallantes BC) ω corr. π 335 apafum ω ex ἄφρω LXX natum  
 uidetur p sede| caede π 337 confusa. ē regis aceruo C 338 occo-  
 buit B impleuit AC 339 enses A 340 praegilidi B conferta p  
 conperta A c̄perta BC grandine/ B 341 flumina C choruscent A  
 corruscent B 343 cernes B 344 quod s̄sueratorat B 347 librata A  
 in om. B 349 aelementa BC elimenta A ceu C seu L 350 consensus  
 Mico dum om. Mico hostes L Mico 352 cohibuit A coibuit B  
 utrosque A

- 16 nec minus et reges, quos concaua saxa tegebant,  
 18 obstricta ceruice palam consistere iussit.
- 355 24 undique tum positis concurrat Iudaea telis  
 inpressoque genu conculcat colla gementum.  
 26 illicet exsanguis crucibus figuntur in altis  
 pendentes. donec sese nox reddidit atra.
- 27 tum suspensa uirum deponit corpora ligno,  
 360 quae super adgestis onerantur saxa ruinis.  
 29 his actis properat bellator subdere Lemnam.  
 30 grandaeuosque necat. pueris nec defuit ensis;  
 nil penitus tota permissum uiuere gente.  
 31 inde petita Lachis prostratis moenibus ardet;
- 365 33 rex etiam populi capitur ferroque necatur.  
 38 Dabira quin etiam. paribus cooperta ruinis.  
 extincta legione perit socioque tyranno.  
 40 et qui dumosis habuere in collibus arces  
 aut curuas coluit ualles camposque iacentes,  
 370 occidit, extinctis pariter cum rege manipulis.
- 11 1 ac dum cuncta fluunt successu laeta secundo,  
 Iabirus, acta uidens uicticis fortia gentis.  
 ditia qui populis Asorum regna regebat.  
 festinans flammam uicini extinguere belli,  
 375 congregat eximios reges populosque feroces.  
 quem Roboamus adit propere Ma[che]donis ab aula;  
 et Somorus factusque comes Axinus in armis.  
 2 8 et qui Sidonia ductor regnabat in arce.  
 Ceneritus Arabusque. quibus contermina regna,  
 380 firmabant animos sceptri socialis amore.

355 iudaea *C* iudea *L* tellis *B* 356 inpresso *B* conculcat *L* pro-  
 culcat *C* 357 illicet *BC* 358 pendens *B* donet (?) *C* 359 uirum]  
 aurum *B* 360 onerantur *A* honerant *BC* 362 grandaeuos  $\omega$  negat *C*  
 363 gentem *B* *uu.* 364—546 *desunt* (nulla in codice fenestra) *C* 364-54  
 364 petit a lachis *L* petit Lachis  $\pi$  prostatis *B* 369 coluit *A* colluit *B* (*L*=  
 370 cum sege *A* 372 abirus *L* *corr. p* gentes *L* *corr. p* 374 flamma *B*  
 376 Roboamus] *an* Iobabus? machedonis *L* *corr. p* 377 axinus  $\pi$  axnus *L*  
 378 et quis edonia *B* arcae *A* 379 cineritus *L* *corr. p* arabus  $\pi$  aratus *L*

- iungitur Ernadurus et qui coniuncta Chanannus  
 3 rura colit ponto, uel qui primordia solis  
 rúbra uident, roseus cum primum panditur axis.  
 his super adproperat Iebuso adfinis Amorrus  
 385 Cetius Eucheusque Pherezeusque sequuntur.  
 qui deserta colunt squalentis deuia Thitsae.  
 4 omnibus est animus stipata incurrere turba.  
 exim<sup>r</sup> quisque suo contorquent spicula ritu:  
 hic peditum incedit legio densataque nube  
 390 6 quadriugique ruunt ferrato milite currus.  
 ut fragor ipse fuget nitentem comminus hostem.  
 7 at parte ex alia Iesus nil territus instat.  
 propter aquas ueniens Maronis nomine dictas;  
 8 atque ubi cum lecto conscendit milite collem,  
 395 desuper incurrens securum proterit hostem.  
 omnia caede madent tellusque infecta cruore est.  
 9 mox currus celeres subiectus deuorat ignis  
 cornipedumque pedes gladio truncantur acuto.  
 10 ipse regum princeps ferro dat pectus Asurus;  
 400 11 urbs etiam totis procumbit subruta muris.  
 14 communis hic praeda datur uictoribus omnis.  
 12 24 bis denos hac pugna duces nouemque peremit  
 unus ab astrigera signum qui sumpserat aula.  
 11 23 protinus adscribit uates populoque uiritim  
 405 12 1 diuidit ablatas tantis pereuntibus urbes  
 gentibus. obtentu positas et cardine terrae.  
 unde rubet croceum uenientis flamma diei

404] *Exempla poetarum* 190 K. Mico: Protinus—uiritim. Alchinus

381 chanannus *A* chananis *B* 383 cum *p* tum *L* qua  $\pi$  384 his  
 is  $\pi$  385 cetius *A* cetinus *B* Ceteus  $\pi$  et Eucheus *L* Euthaeusque  $\pi$   
 secuntur *B* 386 squalentes *B* hitsae *B* immo Masphae 387 animos *B*  
 391 eminus *B* 392 aut *B* 393 propteraquas *B* Maronis *p* aronis *L*  
 394 adque *B* *litt.* te collem *abscissae* *A* 396 cede *L* 398 truncatur *B*  
 399 asurris *B* 400 urbis *B* 401 communis *B* omnes *B* 402 hac  
 ac *B* 403 sumserat *B* 404 protenus *Exempla uatis* *L* *Exempla et*  
*Mico.* 405 cantis *B* 407 flamma *B*

- trans amnem prisco Iordanem nomine dictum  
usque supinatam Chebronis nomine uallem.
- 410 Hermonium ad montem, uasto qui uertice surgit.  
3 atque ad Amar pelagus Cheneri et marmora glauca,  
sepositam et Phasgam dudumque Asedota uocatum.  
4 solus compositis restabat praeda duellis  
Bassamum rector (Ocum dixere uetusti),
- 415 gigantum uirtute ferox. quos rector agebat,  
Astarota cui domus est et sedes in Aedra.  
6 huius terra datur tribubus sulcanda duabus  
et mediae, dum laeta placet atque herbida uallis,  
Rubenae Gadaeque simul sociaeque Manasse.
- 420 7 cetera partitur sociis dux aequus in omnes.  
13 5 accedit regio qua Libanus exit in auras,  
6 et mare Masrefatum fecundaque Sidonis arua.
- 14 (14) 4) Leuitas dominus uillarum nomine priuat.  
22 Balamus occumbit uentura edicere suetus.
- 425 14 6 at socius semperque duci coniuncta Chalebus  
corda gerens. placido subnixus pectore fatur:  
„Nota tibi, ductor. animi sententia nostri  
tempore iam ex illo, pariter quo uisere terras  
hostiles missi, cunctis pauitantibus unus
- 430 te socio exprompsi nil posse obsistere nobis:  
quamlibet immensi facerent noua bella gigantes,  
stare deum contra nostraeque adsistere parti.  
nempe tenes, placidus ut nobis maxima quaeque  
pollicitus fuerit senior ac sorte seorsa
- 435 hunc dederit collem mihimet cunctisque meorum.

408 apnem *B* dictam *A* 409 crebronis *B* 410 uaste *B* 411 adque *B*  
ad Amar] Adamar  $\pi$  chemeri *A* ehemeri *B* corr. *p* marimore *L* corr. *p*  
glauca *A* faura *B* 412 uocatam *B* 413 basamum *B* 414 basamum *B*  
indixere *B* 415 Titatum *L* Titanum  $\pi$  corr. *p* 416 sedis *L* edra *B*  
418 adque *B* 419 mannasse *B* 420 portitur *B* 421 exiit *B*  
422 Masrefatum *p* masafatum *A* masafatum *B* 424 uenturae diceres  
uetus *B* 425 ad socios *B* calebus *B* 427 doctor *B* 429 misi *B*  
430 *litt.* te socio ex *abscissae* *A* nihil *B* 432 adsistere *L* obsistere  $\pi$   
433 tenis *B* tenus *A* corr.  $\pi$  434 sortes seorsa *B*

- et nunc, quod bellum Enachina ex gente superstat,  
cognata cum pube geram. non degener aeuo.
- 14 10 etsi quater denus bis iam mihi uoluitur annus.  
12 ordinis esto memor sedemque adlega petenti.
- 440 440 quam propriam teneant nati prolesque natorum.<sup>4</sup>  
13 talia poscentem Chebrono in colle locauit.  
15 additur et magnis haut decolor urbibus Ardoc.
- 15 15 his actis properat Dabiram excindere gentem,  
cuius opus suetum dociles conscribere fatus
- 445 445 et elementa graues pueris dictare magistrros.  
16 elicit ille uirum promissae ad foedera natae.  
prompta cui uirtus animusque in pectore praesens.  
63 omnibus interea populis seruire coactis  
Iebusaea manus patriis non cessat ab aruis.
- 450 450 Chananno perstante domi tectisque parentum.  
20 cetera ter ternis tribubus metata traduntur.
- 20 20 2 Leuitis merito bis ternas segregat urbes  
3 perugioque dedit factum noxale timenti.  
ne poena adficeret admissa piacula casu.
- 455 455 4 quae proceres mandat librata expendere lance.  
ut facto grauiore reum nex congrua damnet.
- 21 39 ipse quater denas Leuitis deuouet urbes  
fenoris exsortes. tum plebis consona uoce
- 19 50 accipit Ephremum uentura in tempora collem.  
460 460 urbe super iuncta. mansit cui Thamnatha nomen.
- 21 46 condidit hic cultros dura de caute paratos.  
de quibus obscenos dictu truncauerat artus.
- 22 1 omnibus explicitis socios remeare uolentes

436 Enachina *p* echina *L* ex *g. s.*] in gentes upestat *B* 437 pupe *B*  
degrne raeuo *B* 438 denus *A* denios *B* annis *B* 439 esto mneor  
ordinis *B* adliga *L* corr.  $\pi$  442 haut *A* aut *B* an Arboc? 445 eli-  
menta *B* 447 prumpta *L* animos *L* corr. *p* 448 conactis *B*  
449 iebusea *L* cessit *A* 450 channano *B* 451 cetera terrenis *B*  
453 perugioquoque *B* 454 cassu *B* 455 lance *A* lana *B* 456 dam-  
pnet *B* 457 deuouit urbis *B* 458 foenoris *B* plebes *L* corr. *p* 459 eff-  
remum *L* 460 cui] qui *B* tamnata *L* 462 de *Mayor e* *L* obscenus *B*



- Iordanis trans stagna uagi his inbuit orsis:
- 465 2 „Grata manus nobis sanctoque electa tonanti  
fortibus e factis pariles meruistis honores,  
quos dedit omnipotens cunctis. qui collibus istis  
4 conposuere domus. et nunc remeate laetantes.  
illud pro cunctis repetens uos saepe monebo.
- 470 5 ut memores sitis. quanta uos cura perennis  
diligat omnipotens. dederit quae praemia uobis;  
et quae constituit sanctis facienda loquellis.  
neritis seruanda fore. quia uita perennis  
his quaeritur rebus. maneat si gratia legis  
475 inoffensa dei semperque in pectore degat.  
ergo deus dominusque simul timeatur. ametur  
uisceribus totis totoque e pectore nostro:  
sic fiet. ut uestra presentur sub iuga gentes.\*
- 22 6 haec ubi dicta dedit cunctisque optando poposcit.
- 480 10 illi iter incoeptum peragunt fluuiioque propinquant  
conspiciamque locant turrato culmine molem.  
11 quae tribubus ubi facta nouem monumenta patescunt,  
12 ceu domini inmemores cupiunt conlidere bello:  
13 ante tamen missi. certum qui noscere possent;
- 485 Phineus legitur. Aaronis candidus heres.  
14 atque decem primi tribuum meritoque locoque.  
16 qui memores mandata simul procerisque patrumque  
euoluunt. maestis quamquam nil criminis esset:  
„Dicite. quae fuerit substructi cura sacelli?  
490 excideritne deus? sanctaene oracula legis?  
ergone deserto. gentilia sacra tonante  
quaeritis et uiui functorum conditis aras?

465 grata manus| grataus B 466 effectis B 468 conposuere B  
domus L 470 quanto B 474 quaeritur his π si| fi B 475 inoffensia  
incepta i litt. statim del.) B 478 praessentur B 479 obtando A  
optanda B 480 ille iter coeptum B 481 mole B 482—484 monumenta  
patescunt ceu d. i. c. conlidere| bello ante tamen etc. B 483 collidere A  
484 misi A 485 fineus A finees B aronis B 486 adque B  
489 saculi B 490 sanctaene| ne om. B

- 17 numquid parua dedit cunctis monumenta Phagorus,  
 exitio informi misero damnatus in ausu?  
 495 haec odio in gentes mandant populosque patresque,  
 dum bellum sociale parant atque arma resumunt.  
 19 numquid parua data sunt uobis iugera terrae,  
 quae placuit uobis? aut <si> producere fines  
 ac proferre libet, de nostris sumite campis;  
 500 dum modo sidereo semper sacrata tonanti  
 sit synagoga parens, nobis nec dissona distet.  
 20 commoneat sensus factum dementis Achari.  
 idola cum rigidis formauit mortua saxis.  
 nonne malum praeceps contracti criminis egit,  
 505 unius ob noxam populum qui perculit ultor?“  
 21 illi humiles blandis respondent talia dictis:  
 22 „Nos colimus, qui cuncta pio sermone creauit  
 quique uidet tacitis haerentia crimina fibris;  
 nec opus, ut testes ad publica facta uocemus:  
 510 ipse deus nouit, quae causa extruxerit aram.  
 27 nobis cura fuit condendae ad flumina molis  
 perpetuae, ut captae maneat testatio terrae;  
 ne quandoque fiant uenturae obprobria proli  
 credentum sancti diuisa oracula templi.  
 515 29 nescimus uanis oblata libamina diuis.  
 ne uero, ne tanta pios dementia mutet.  
 ut placeat quidquam, domino quod displicet alto!  
 illa nobis tantum mactare ac sternere fas est,  
 quae sueuit synagoga deo libare perenni.“  
 520 31 his dictis manifesta fides placidique tribuni  
 32 laudibus ornatos meritis liquere laetantes.

493 fagobus *L* corr. *p* (an Phogorus?) 494 dampnatōs *B* 495 in  
 gentes *p* ingens *L* ingenti  $\pi$  496 adque *B* 497 datae  $\pi$  498 aut  
 si  $\pi$  si *om.* *L* 500 sacrata : ta *in ras. al.* *B* 501 nobis] uobis  $\pi$   
 dissona *B* 502 commoneat *A* demente sachari *B* 505 qui] cum *B*  
 508 herentia *L* 510 extruxerit *B* 514 Ne credentum *A* Credentum (*sic*) *B*  
 515 oblata uanis *A* 517 quicquam *L* 519 sinagoga *A* dño liberare *B*

- 23 1 interea longo uates iam senior aeuo  
 2 accitum populum monitis fidelibus inplet:  
 „Cernitis ut, ciues, me iam longaeua senectus  
 525 ingrauet et motu tardentur membra supremo:  
 3 et nunc uel moneo, uel, si non displicet, oro,  
 ut uestra sit uita deus, lex, semper in ore.  
 et quae praestiterit nobis cunctisque parentum  
 patribus, euoluat memori sententia fatu.  
 530 4 namque feras gentes, quarum nunc regna tenetis,  
 non gladius domuit noster, non perculit arcus.  
 sed dominus, qui signa pius agmenque praeiuit,  
 praegrediens nosmet, quotiens fit comminus hostis;  
 5 qui populos tantos gelida formidine missa  
 535 subdidit ac reges uoluit succumbere nobis;  
 quique parans uacuos nostris cultoribus agros  
 post bellum atque arma feras prorumpere iussit,  
 ut reliquam partem conductis morsibus essent.  
 ergo agite et pontum siccatum discite uobis  
 540 insuetoque modo fluuium sistente meatu  
 concretum, tenuis si nondum desuper unda  
 stringitur in glaciem calidum durata per aestum:  
 ut deus immensi per saecula ingentia facti  
 accipiat meritas laudes, dum consona plausu  
 545 lingua canit nil esse deum sublimius uno.  
 6 pergite, quo ducit docilis sententia legis;  
 7 ne uariis actus sub flexibus ambitus erret.  
 24 14 idola nulla uirum deuicta ex gente supersint.  
 sit dominus uobis deus arduus et deus ingens.

522 uatis *L* 523 implet *A* 525 et *om.* *L* *add.* π ardentur *corr.* *p*  
 subpremo *B* 527 *f.* uestro *p* 529 patribus] parentibus *B* 530 fera *B*  
 teN & is *B* 532 que praeiuit π qui spreuit *A* quis preiuit *B* 533 quo-  
 ties *A* quoti//es *B* conminus *B* 535 subdita greges *L* *corr.* π  
 536 cultoribus *L* 537 atque *A* adque *B* postque π 538 morsibus  
 essent *abscissa* *A* 539 discite π dicite *L* 541 tenuisse se nondum *L*  
*corr.* *p* 545 an deo? sublimius. Vna Pergite π 546 docili *L* *corr.* π legi π 547-5  
 547 ab hac *u.* *C* *f.* 96 *u.* *ex.* esset π 548 deuicta ex g.] de uicta (ω =  
 gente π deus *C* dñs *L* *L* =

- 550 15 quod si cassa placent et mortua numina cordi,  
dicite. discedam, noceant ne uana colentes.  
eligite, o cuncti, quae sunt accommoda uobis.  
deserit omnipotens refugas longeque refutat,  
9 qui sub pestiferi quondam monumenta Balacis  
555 omnia laeta magis uati despondit amico.  
adspice, quae teneas, quam fortes fuderis hostes  
et quam magna deus cunctis fidelibus addat.  
hunc colite et ualidas legi conectite mentes.“  
16 consona respondit populi sententia uati:  
560 „Accipe. magne ducum, quae sit fiducia nobis;  
illum, Niliacis qui nos educere terris  
dignatus, colimus solumque agnoscimus omnes  
esse deum caeli terraeque et marmoris alti,  
17 quo mandante maris patuerunt aequora Rubri  
565 et qui signa dedit nostris percongrua uotis,  
18 qui gentes nostris subiecit gressibus omnes.“  
haec ubi disseruit populus fidelia fatu,  
26 pagina sanctificis legitur laudabilis orsis.  
ipse senex caudem terebinthi in codice ponit,  
570 ut sit perpetuae testis noscenda fidei.  
29 expletis igitur uitae dux optimus actis,  
cuius uita fuit centum distenta per annos  
30 atque decem, functus merito dat membra sepulchro  
Ephremo in colle, fuerat qui sedibus aptus.

553] Mico : Disserit—refutat . Alchimus.

551 neceant neuana  $\omega$  *corr. p* ne cernam uana  $\pi$  552 elegite *L*  
 accomoda *B* accomoda *C* 553 disserit *L Mico* refugas  $\omega$  *Mico*  
 (refugat *deterior codex Miconis*) quae *A* 554 *post* Balacis *pauca*  
*desse uidentur*  $\pi$  555 despondit *C* des ponit *L* 556 aspice  $\omega$   
 fortis *f. hostis L* 559 populos *L* populus *C corr. Mayor*  
 uati *C nati L* 560 magna *C* nostri  $\pi$  562 dignatur  $\pi$   
 564 equora *L* 566 subiecit nostris  $\omega$  *corr. K Becker* 567 deseruit *L*  
 fidelio *L* 568 laudabiles *L* 569 caudem] autem *B* terebinthi *B*  
 caudice *C* 571 uitae] ductae *L* 574 efremo *C* efromo *B* ephremo  
 in coll *absumpta A*

- 575 iustitiae ob meritum nulli defletur amico :  
 cultellos tantum proceris iunxere fauillis,  
 circumcisa quibus fuerat Iudaea iuuentus,  
 32 ossaque in Sicimis Iosepi inposta quiescunt,  
 in quibus et membra fuerant tumultata Iacobi.
- 580 33 post hunc terrenos linquit Eleazarus actus.  
 ergo uiris tantis post acta insignia functis,  
 gentiles populus cultus atque idola sumpsit,  
 defugiens dominum terrae dominumque caelorum.  
 37 subditur Eglomum quae propter facta tyrannis,  
 585 atque quaterdenos uixit captiuus in annos.

575 defletus *C* 576 cultellos] coltellus *A* collectus *B* 577 iudea *BC*  
 578 iposita *C* 580 linquid *C* 581 postata *C* post acto *L* *corr. p*  
 post tanta  $\pi$  582 populus : us *in* os *uel* os *in* us *A* us *in* os *corr. B*  
 adque *B* 583 difugiens *L* diffugiens *C* *corr. p* 584 quae (q. *C*) pro-  
 pter  $\omega$  propter sua  $\pi$  tyrannis *B*

FINIT IESV NAVE : ~ ITEM INCIPIT LIBER IVDICVM ; C  
 Explicit metrum Iesu naue *B* Explicit metrum .: *A*

---

## IVDICVM.

- 1 1 Postquam conspicuo Iesus decesserat actu  
reddideratque deus famulum post bella quieti,  
confestim Iudaea tumens sibi poscere regem  
incipit et dominum, quae sit sententia, poscit,  
5 ut Chanana manus, quae nondum subdita bello  
aemula pugnaci uersabat corda tumultu,  
suesceret imperiis excusso accedere ferro.  
2 3 inditur his Iudas, qui fratre cum Simeone  
4 inlata extinguit confestim pugna Chananos.  
10 cum quibus admixta sternuntur caede Pherezi:  
milia ferme decem fuso cecidere cruore.  
5 ipse caput belli, magnorum causa malorum,  
dux fuit et princeps Donibezecus: aberrans  
6 corripitur meritasque luit pro crimine poenas.  
15 nam manibus pedibusque simul sine more recisis  
7 uberibus maeret lacrimis, quos non habet, artus,  
quosue gerit, simili dum perfurit improbus actu:  
septuaginta prius trunarat corpora regum.  
ergo dedit poenas, quas fecerat, et mala pendens  
20 congrua decessit Solymis regnumque reliquit.  
8 ipsa etiam Ieru capitur flammisque perusta  
concidit, ingenti propere conuulsa ruina;

18] Aldhelmus ad Acircium (p. 244 G.): „libro Iudicum: „Septua- 1—9 *ABC*  
ginta—regum.“ (ω = *ABC*  
L = *AB*)

[*p Peiper, π Pitra, qui ubi idem inuenerunt, nullum signum  
adpositum est.*]

INCIPIE METRVM SVPER LIBRVM IVDICVM L FINIT IESV  
NAVE: ~ ITEM INCIPIE LIBER IVDICVM; C

1 posquam C 5 chanana AB<sup>2</sup> channana B<sup>1</sup>C quae] q. C 9 inlata  
absumptum A chanannos C 10 ferezi C 14 penas C 16 artis C 10—69 C  
17 improb<sub>3</sub> C 20 solimis C reliquid C 21 Ieru p ieru C Iebus π

- 10 post Chebrona ruit et Chananaea iuuentus.  
 quae iuga celsa tenet surgentis in aethera terrae.
- 25 11 Dabira post capitur trepido fecunda duello.  
 praescia doctiloquae numeros euoluere linguae.  
 12 quoque magis celeri lapsarent moenia casu.  
 obtulit, ut thalamis natam coniungeret Ascham  
 Chalebus genitor illi. qui fortibus armis
- 30 arduus obliquas uertisset funditus arces.  
 13 ilicet incensus promissae ad coniugis usum  
 Gothoniezelus. proles laudata Genezae;  
 atque ubi perfectis compleuit gaudia uotis.  
 accipit emeritam grandi cum dote parentis.
- 35 15 nam praecelsa dedit et collibus ardua curuis  
 iugera. et optatos lympharum praestitit usus.  
 \* \*  
 16 dimissi properant Phoenicum et moenia nota  
 linquentes solas heremi scrutantur harenas.  
 deueniunt celeres. ubi concitus explicat alas
- 40 auster et umbrosis obducit sidera nimbis.  
 fit domus ambobus, Aradam quam nomine dicunt.  
 atque Amalec placitis adscita adiungitur aruis.  
 17 inde petit Iudas Sephetam cultore Chanano  
 et domitam tristi conpellat nomine terram.
- 45 esset ut extorris et semper facta seorsa.  
 18 solam non potuit sceptris subiungere Gazam,  
 Ascalon atque Accaron, nec fines subdere Azoti.  
 19 ipse deo fidens dominoque adiunctus aeterno  
 successus bello faciles capiebat in omni.
- 50 possedit montem, curuam quia subdere uallem  
 20 non ualuit, forti fuerat quae uota Chalebo.

23 thebrona C 26 numerose uoluere C 27 quodque C corr. p menia C  
 cassu C corr. p 29 fortibus Mayor furentibus C 30 obliquus C 31 illicet C  
 32 Crotoniezelus C corr. p prolis C 33 cõpleuit (et ubique cõ pro con) C  
 36 linifarum C inter 36 et 37 unus et alter uersus excidit; dimissi sc.  
 filii Cinaei, cognati Moysi. 37 foenicum et menia C 38 linquente C  
 heremi C 40 auer C 43 sefeta C cultores hannanno C 47 Azoti π  
 loeti C 51 quae fuerat C

- 22 his actis Iosepa cohors cum uindice Iuda  
Bethelam properant pugnaci excidere ferro.
- 23 Luza prius fuerat, mutauit tempore nomen.
- 55 24 hic cum terrifico uallassent moenia coetu,  
egressum casu quendam capiuntque rogantque,  
ut doceat urbis aditus, quibus agmine denso  
intranses ualeant ferratas frangere portas.
- 25 merces prima fuit iuueni deoscere uitam,  
60 quam meruit patrium gaudens conuellere uallum  
proditor, occulto penetrans sua moenia furto:  
dum redimit sese, cognatam uendidit urbem,
- 26 ac post interitum sociorum ad iugera Cetae  
auolat et patriae de nomine construit aulam.
- 65 27 at parte ex alia Manasses praedia Bethsae  
non tenuit, Scythicis fuerant quae capta colonis,  
nec Tanacam natasque suas, nec culmina Dorae,  
nec Balaam nec quae sunt iuncta <his> arua Madogi;  
his quoniam suerat Chananus sidere terris.
- 70 30 qui solus cunctis Iudaea uindice captis  
emeruit medius patrias non perdere sedes.  
commoda perpetui solitus praestare tributi.
- 33 is tantum, quem Midsa fouet, quem cultio Bethsae.  
immunis nullum uectigal praestitit hosti.
- 75 34 nec minus intrepidus, dum bellum temnit Amorras,  
exturbat subolem Danis ferroque coeracet.  
turgenti quoniam molitus degere colle  
non dederat faciles ad subdita plana recursus;  
incoluit montem, quo plurima turba ferarum
- 80 pullulat et uario proterret murmure saltus.

52 iudice *C* corr. *Mayor* 55 hii *C* 56 cassu *C* rogvnt (?) *C*  
62 cognotam *C* 63 Cetae] c&ee *C* 65 betsae *C* 66 scithicis *C*  
quae] q. *C* 67 natas *p* nazas *C* 68 Balaam *p* abalam *C* his  
add. *p* om *C* 69 channanus *C* sidere] fidere *C* 70 iudaea *A* 70—506  
iudea *B* iudeo (*litt.* o non *prorsus certa*) *C* 72 comoda *B* 73 his *C* *ABC* =  $\omega$   
midsa *B* midfa *C* idsa *A* betsae *C* betthsae *B* 74 uictigal *B* *AB* = *I*,  
75 tempnit  $\omega$  amorras *L* amorrus *C* 76 sobolem  $\omega$  coeracet *L*,  
77 colla *A* 80 pullulat *L* proterrit *L*



- 35 exim fusa manus redeuntem concipit iram  
uulneribusque accensa suis pugnacior exit.  
ac modo uictorem sublato nudat honore  
inpositumque iubet uectigal pendere Amorreum
- 85 magnaue terrarum multatum parte coerchet.
- 36 nam qua plana iacet grauidae telluris Ydomea,  
scrupea quaque tument pendentis saxa Crabinae.  
omnia uictor habet, subiectum seruitus urget.
- 2 1 haec inter dominus contractas concutit iras
- 90 et iubet aetheriis famulum descendere regnis,  
qui memor aeterna domini depromeret orsa.  
emicat ille uolans. Clauthmona ex Galgala uisens.  
Bethelam ueniens, in qua Iudaea iuuentus  
dulcia sopitis adsumpserat otia bellis.
- 95 gentiles uenerata deos, profanaque tura  
sculptilibus dederat iam dudum noxia saxis.  
ergo his adgreditur dictis terretque timentes:  
„Inmemor imperii rerumque oblita tuarum  
quo. Iudaea, ruis? uel quae nunc numina fingis?
- 100 quaeue superstitio est terram praepone re caelo  
fictilibusque deis uesano adsistere cultu?  
quo abiit. profana, deus. qui dura gementem  
Niliacas inter gentes Pharaone tyranno  
per mare diuiduum. heremi per torrida saxa
- 105 exhibuit tantasque dedit tibi cedere gentes,  
ut uictrix totisque simul perfuncta duellis

82 que *add. C om. L* pugnacior  $\omega$  exiit *L* 83 nuda *C* 84 im-  
positum *C* 85 multarum *C* conhercet *B* 86 grauide *AC* tellurus *B*  
ydomea *L* ydemę *C* 87 quamque *L* (quaque *B*) qq. *C* Crabinae *uel*  
Acrabinae *p* chabinae *AC* schabinae *B* 90 aetheris *C* descendere ignis *L*  
91 aeterni  $\pi$  92 chlaũmonia *L* chlaimona *C* *corr. p* ex *p* et  $\omega$  uicens *C*  
93 bethela  $\omega$  *corr. p* ueniens *L* iudea *BC* 95 uenerat adeos *C* 96 sculpti-  
bus *AC* scultibus *B* 97 adcreditur  $\omega$  98 ruarum *C* 99 quod *B* iudea ruis *C*  
iudaeae aruis *L* 101 dehis *C* 102<sup>r</sup> abiit *C* 103 Niliagas *B* Ailiacas *C*  
faraone *C* faraones *A<sup>1</sup>B* 104 herimi *B<sup>1</sup>* ærimi *C* 105 exhibit *A*  
que *A* cedere *C* caedere  $\pi$

- diffueres, alios ritus et sacra dicares,  
 quam quae sidereae dederat tibi regula legis.  
 ecce tenes terram, uatibus iurata sacratis  
 110 quae fuit atque datur lectae per saecula plebi.  
 2 testamenta mei non sunt iam cognita uerbi,  
 quo mixta populis gentilibus ac male suadis  
 exoras mutos, fabrorum pignora, diuos.  
 quin potius uestrae fuerat res congrua uitae  
 115 omnia conterere fictosque auertere cultus.  
 3 sed quia nulla meis data est fiducia iussis,  
 uictis regna dabo; uos rursum sub iuga mittam,  
 ut similes sitis diuis, quos creditis esse.\*  
 4 quae postquam Iudaea dei mandata recepit,  
 120 uertitur ad gemitus et tristia pectora tundens  
 uberibus lacrimis ueniam rogat; nec mora uotis  
 ulla fuit, sanctaque dei per templa petentes  
 prosequitur pietas, quae maestis laeta resignat.  
 6 dispersus igitur populus ad nota recursat  
 125 5 tecta libens locoque dedit plorabile nomen.  
 \* \* \*  
 13 Rursus corda labant, redeunt ad crimina sueta  
 Bachalimque colunt; domino per talia laeso  
 14 sustentant meritas mentita ob numina poenas.  
 subduntur dominis, quos uicerat — heu dolor atrox! —  
 130 15 nec miseris quoquam respondet conscia uirtus.

107 di frueres *L* 108 quaque *L* quâq. *C* sidereae *Mayor* sederae *A*  
 sedere *B* si daere *C* 109 tenes  $\omega$  uatibus  $\omega$  patribus  $\pi$  110 ad-  
 que *B* lecta  $\omega$  *corr.* *p* laeta  $\pi$  secula *C* specula *B* 112 quo]  
 quod  $\pi$  gentibus  $\omega$  114 fuerant  $\omega$  *corr.*  $\pi$  *litt.* ua uitae *in ras.*  
*al. ut uid.* *B* 115 auerrere *C* 116 nullâ eis *B* fidutia *L*  
 117 uinctis *B* sursum  $\omega$  *corr.*  $\pi$  118 simile *B* diues  $\omega$  121 gro-  
 gat *B* 122 scæ dei (*om. que*) *C* petentes *C* petentis *A*  
 tenentis *B* 123 mestis  $\omega$  124 notas *B* *post* 125 *intercidit de morte*  
*Iesu Naue narratio* 127 bachalem *C* bachilem *L* *corr.* *p* læso *C*  
 128 sustentant *C* sustant *L* nomina *L* pēnas *C* 129 uicerat *p* ui-  
 cerant  $\omega$  uicerunt  $\pi$  heu *p* qui  $\omega$  130 miseris *L* meserus *C* respondit  $\omega$   
*corr.* *p*

- 16 lenitur mox ira dei proceresque creantur,  
 qui male praecipiti populum rapuere periclo.  
 19 his quoque despectis rabies consueta resurgit,  
 3 6 nec solos sociant ritus: consortia miscent  
 135 intonsosque dicant lucos arasque reformant.  
 nec tamen inlaesa procedunt facta: premuntur  
 8 seruitio regemque tremunt Achusa Rathomum,  
 qui tum iura dabat, geminos qua diuidit amnes  
 insula ab Assyrio disiungens limite Persas.  
 140 subiectos cohibens annis redeuntibus octo.  
 9 tandem congemuit merito Iudaea reatu  
 ac dominum prostrata rogat; qui fractus amico  
 numine restituit trepidis solamina uitae;  
 nam missus saluator adest populoque salutem  
 145 exhibet ac maestus deterget pectore curas  
 bellator. Ceneza satus, Gothozelus heros.  
 Chalebo cum fratre uigens, sed iunior aeuo.  
 10 spiritus hunc domini uirtutis dote cluentem  
 extulit et celsa sublimem sede locauit.  
 150 hic ualidus fidusque deo discrimina uictis  
 abstulit et regem pauidum seruire coegit.  
 11 talibus in rebus multos Iudaea per annos  
 eualuit nullique fuit obnoxia fraudi.  
 sed postquam princeps decurso tramite uitae  
 155 12 decubuit, ritus ueteres plebs laeta reformat;  
 tempora mutantur bellumque et seruitus instant,  
 concurrunt populi, quos rex Eglonus agebat,  
 13 Ammones Moabique simul fortesque Amalechi,

132 precepti *A* praecepit *B* 133 hiis *B* despectis *L* 134 solus *L*  
 socios *L* ritos *C* 136 premuntur] pmuer *C* 137 ratomum *L*  
 138 dabat *C* dat *L* apnes *B* 139 insola ω assyrios *C* asyrio *L*  
 Assyriis π disiugens *B* 140 conhibens *L* annis *C* animis *L*  
 141 iudea *BC* 145 hac *C* mestas *L* 146 belatur *L* Ceneza *p*  
 gezea *C* zezea *L* 147 calebo *L* 149 extolit *B* 151 conegit *L*  
 152 iudea *C* 154 decurse tramitæ *C* decursa etramitæ *B* decursa &  
 tramite *A* corr. *Mayor* 155 leta *BC* 158 quae *A<sup>1</sup>B*

- 160 Hebraeamque aciem ferrata grandine fundunt.  
 ipsaque Phoenicum uictores scepra reuellunt.  
 deduntur proceri, qui mortem euadere quaerunt.  
 14 perpersique decem dominos ac messibus octo.  
 15 his inflexa malis natio, quae fecerat, horret  
 depositque deum, qui solus crimina donat.  
 165 ilicet adlegitur, qui sceptrum sumat. Aotus:  
 hic utraque manu conitens robore dextrae  
 degenerem nullo sensit sub pondere laeuam.  
 16-18 is cum uictori sociorum munera ferret.  
 ancipiti gladio furtim sub ueste recinctus  
 170 admissusque, dehinc regem subnixus adorat  
 inualidum: nam membra toris uacuata lababant  
 in tantum, ut modico posset procumbere culsu.  
 19 adfirmat superesse sibi, quae dicere uellet  
 confertamque rogat comitum discedere turbam.  
 175 adnuitur, mediaque sedens dux barbarus aula  
 20 surgit et admotus toto se corpore iungit:  
 ac postquam longe fidorum abscesserat agmen,  
 21 eripit a femine gladium, quem ueste tegebat.  
 22 perque uterum regis capulo tenus abdidit omnem.  
 180 proripit hinc sese ferrumque in uulnere linquit.  
 23 limina concludens proceris postesque superbos.  
 24 at famuli dominum, prodire ad munia suetum.  
 mirantur tacita solum consistere cella.  
 uentris onus forsam subducta effundere ab aluo  
 185 secretum, sociae dum uitat lumina turbae.

\*

\*

\*

159 haebraeam *L* aebraem *C* 160 quae *L* fenicum  $\omega$  161 q.rit *C*  
 credunt *L* 162 decim *L* messibus *p* mensibus  $\omega$  163 hiis inflexa *C*  
 quae] *q.* *C* 165 ilicet  $\omega$  Aotus] actus *A* 166 huc *C* robure *L*  
 167 degenerem *L* ponere *A* leuam *BC* 169 subuertere cinctus  $\omega$   
*corr. p* 170 atmissus *C* 172 modice *L* culsu *L* pulsu *C* 173 at-  
 firmat *C* uellit *L* uelit *C* 175 Dinuitur *L* 177 agmen *absumptum A*  
 182 at] ad *B* 184 forsam *B* forsã *AC* subductę fundere *L* 185 socie  $\omega$   
 lumine *C* *post* 185 *Aodi fuga excidit*

- 27 iamque memor facti socios in bella lacessit  
 terribilesque tubae sonitus permiscet Aodus :  
 28 raptim signa mouens Iordanis litora claudit,  
 ne quisquam breuibus ualeat transire fluentis.  
 190 29 cumque decem duro fudisset milia ferro.  
 reddidit amissum sociis nomenque decusque.  
 30 exin bella silent, nullum dant proelia motum  
 bisque quater denos cessarunt tela per annos.  
 31 post haec Semegras parili uirtute superbus  
 Iudaeos rexit populos clarosque reliquit.  
 195 4 1 sed dum securis pascuntur gaudia rebus.  
 fastidit gens torua deum cassoque precatu  
 numinibus miseris, quas uicit, consecrat aras.  
 ergo exercentur poenis et crimine digna  
 200 2 supplicia expendunt. Iabinus regius heros  
 Chananaea manu ex Asuris pube coacta,  
 Sisara militiae ductore et principe pugnat  
 3 ferratasque acies nongentis curribus implet.  
 et licet immensas fido trahat agmine turmas,  
 205 plus terror quaesitus agit; namque axe uolanti  
 quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.  
 uincuntur Solymi passim grassante Chanano  
 bisque decem ducunt per tristia quaeque decembres.  
 4 tempore non alio prophetis Debhora regnat.  
 210 cui coniunx Lapidotha fuit, Metibile sedes,  
 5 iura ferens populis adclinis caudice palmae.

187 terribilis *L*. permisceat *C* Aodus] audos  $\omega$  corr. *p* 190 decim *L*  
 192 exim *BC* praelia *B* plia *C* 194 § *C* semegras *L* simegras *C*  
*an* Samegras? superbos *L* 195 iudeos *C* iudaeus *L* clarus *L*  
 reliquid *A* 197 quae *A* precatu *A* pretatu *B* 198 numenibus *C*  
 quas  $\omega$  quae  $\pi$  199 paenis *B* 200 herus *L* 201 chananea *C*  
 chananea *L* ch-am anu *B* ex Asuris *p* iasuris  $\omega$  conacta *L* 202 si-  
 sarra *L* 203 non gentes *L* 205 quassatus  $\pi$  207 solimi *AC* passum *A*  
 solimparsum *B* chananno *AC* cha nano *B* 208 decim *L* tristitia *L*  
 decembris *L* 209 profetis *BC* debora *L* 210 coniunx *L* metibile  $\omega$   
*an* in Bethela ( $\alpha\nu\acute{\alpha}$  μέσον Βαβυλ. LXX)? sedis  $\omega$  211 populus addinis  
 cladicae *C*

- 6 euocat haec procerem Baracum ex urbe Cadessa  
et monitis inbuta dei bis milia quina  
Sisareos mandat cuneos consistere contra.
- 215 8 ille timet sociamque rogat in bella prophetin,  
nescius ingentis coepti sibi defore palmam.  
si pariter ad castra uocet, cui gloria prima est:  
9 at mulier solo sexu noua munia sumit  
10 delectasque mouet per barbara culta cohortes
- 220 7 Cisonem ad fluuium, ueniens qui gurgite prono  
saxa rotat ripasque tumens euincere gaudet.  
14 iamque intra iactum teli uenere phalanges,  
cum dominus, cui uirtus inest, qua sidera mutat  
quaque tremunt terrae, qua fulmen nubibus ardet,  
225 qua monet incertum refugo molimine pontum.  
15 terrore inmisso Sisaram fugat; is male praeceps  
dimittit currus et denia quaeque capessens  
casuram medio liquit certamine pubem.  
19 compulsusque siti, pedibus nam fugerat hostem.
- 230 18 pocula Ioelam poscit; mox pellis opertus  
tegmine femineo estinat uiuere dono;  
21 sed laudem Ioela uolens fastidit inertem  
perrumpitque uiri properans caua tempora palo.  
qui gelido captus leto fluitante cerebro  
235 exspirat tenuem transfixo uertice uitam.
- 5 1 tum psallunt proceres simili sermone tonanti:  
3 „Quisque cluis regno, magnas qui temperas urbes,  
qui satrapes uel scepra geris a rege secunda,  
procuruus uenerare deum, da digna perenni

212 cadessa *L* 213 inbuta *C* 215 profeten *C* profetent *B* prophetent *A*<sup>1</sup> (t *eras. in fine A*<sup>1</sup>) corr. p 216 ceptis *L* ceptis *C* 217 uoce *L*  
218 At] Aut *L* 219 dilectas ω conhortes *A*<sup>1</sup>*B* 220 iurgite *L*  
222 teli] laeti *L* loeti *C* falanges ω 224 qua ante fulmen] q̄ *C*  
quā *L* 226 imisso *C* sisarram *L* fugatis ω male p̄ceps *in ras. B*  
227 diuia *L* capersens *L* 228 cassuram ω 232 inertem : ertem  
*in ras. B* 233 timpora ω 234 gilido *L* gelidido *C* laeto *L* loeto *C*  
fluit ante ω 236 sallunt *L* tonant *L* 238 septrageris *B* septrigeris *A*  
239 da] dā *C* perenni *L* parendi *C* (an parenti?)

- 240 cantica; nam aliud dominus te cogere non uult.  
qui terras, qui saxa quatit. qui flamine pontum  
emouet et tonitru nigrantia nubila sulcat,  
exiguis qui celsa leuat. qui grandia mutat.  
dulcisoni cantate chori. collesque nemusque
- 245 responsent laudesque nouet tinnitibus (aether).  
protinus et uestrae concordent murmura uoci.  
respexit dominus, quos liquerat. et male fractis  
reddidit imperium medioque ex hoste recepit.\*
- \* \* \*
- 32 Ergo quater denos requies est mira per annos.
- 250 6 1 dunque bonis fruitur. iterum redeunte reatu,  
quae fuerant damnata. placent; namque idola laeti  
instituunt nomenque dei numenque relinquunt.  
quos dominus laesus septem disperdidit annis  
ac pauidos regi iussit seruire Madaiae.
- 255 2 non ulli dare se campo, non obuia ferre  
pectora, sed solis gaudent se condere muris:  
castra modo celsaque metu munimina firmant,  
fornicibusque cauis absconsi sic quoque pallent.
- 4 tum. pecus omne capi. tum praedia cuncta cremari
- 260 incipiunt saeptisque nihil nisi poena relinqui.
- 7 ergo inopes famemque simul ferrumque timentes  
ad dominum rediere deum, qui supplice turba

240 namque π 242 euomet C tonitu ω 245 nouus & tinnitib; q. C  
aether *add. p om.* ω 246 protinus ut uerae ω *corr.* π 248 recipit L  
*post 248 multa intercidiſſe ſuſpicor p „ſeriem ampliorem cantici*  
*Debborae, quod poeta pro more ſuo homerico perrexit heroicis*  
*metris intexere“ interiſſe putat π 249 erdenos-annos del. in A*  
*mira] mirā B miſſa C 250 niſ fruitur-reatu del. in A 251 ampnata-*  
*laeti del. A dampnata BC loeti C 252 nomenque relinquunt*  
*del. in A nomen utrobique BC relinqt C 253 laesus C laesos L*  
*annis del. A 254 madae] iae del. A 255 non nulli ω*  
*obuia ferre] una o litt. remansit in A obia B 256 condere*  
*muris] litt. e m del. A 257 firmeN C litt. ant del. A 258 caues L*  
*absconditi(tis L) ω corr. Mayor pallent] litt. nt del. A 259 capi, tum]*  
*captum ω 260 septis ω nil L pena C 261 famēñ B*

- 8 flectitur ac uatem mittit pia iussa ferentem.  
 ut tandem memores rerum bellique recentis  
 265 respiciant dominumque colant, qui numine dextro  
 dilectum Pharia populum reuocauit ab urbe.  
 ne rursus, uetitis adolent dum altaria flammis.  
 non semper faciles incurrant numinis iras.  
 11 nuntius inde dei sub quercu sedit amoena  
 270 et Gedeum, dum farra terit, his uocibus urget:  
 12 „Heia age rumpe moras! dominus te sumere iussit  
 scepra, quibus ualeas populum subducere fraudi.-  
 13 ille docet dominum mordacibus undique dictis  
 infensum tristes nimium librare ruinas;  
 275 quin etiam populum, nullo iam milite, fessum  
 seque parum fortem non posse insistere bello.  
 14 16 urgetur seruire deo, qui robore celso  
 17 multimodas acies inuicto numine terret.  
 19 adnuit imperiis sanctumque ad prandia poscit:  
 280 aedulus eligitur, solo qui lacte refertus.  
 mollior et cunctis, errabat nescius herbae;  
 azyma mox niuea de polline facta locantur:  
 20 haec iuvene admonito uicino infundere saxo  
 21 ipse manum tendens summo de uertice uirgae  
 285 contigit atque uirum medio sermone reliquit.  
 22 ergo ubi dispexit Gedeon dominique ministrum  
 ante oculos uoluisse suos pia mente reuoluit,  
 24 continuo domino sacratum suscitatur altar  
 atque loco nomen posuit Pacemque uocauit.  
 290 25 nocturnis monitus uisis gentilia templa

263 iusa *B* 265 nomine *L* 266 dilecti *C* faria  $\omega$  267 dum *om.* *C*  
 270 urget *C* 272 fraudi *L* fraude *C* 274 infessum *C* trites *L* 275 po-  
 pulo *L* 277 urgetur *B* 278 nomine *L* 280 aeludus  $\omega$  elegitur *L*  
 laete (laetae *A*) refertus *L* lacter effertus *C* refectus  $\pi$  281 molior *L*  
 cunctiseruabat *C* herbae  $\omega$  282 azima *AC* azema *B* 284 tendens  
*p* tenens  $\omega$  retinens  $\pi$  285 contingit-sermon *del. A* contingit *B*  
 adque *B* 286 ergo-dominique *m del. A* 287 ante pia *m*  
*del. A* 288 continuo-sacrat *del. A* altar *C* 289 atque loco *del. A*  
 290 nocturnis *m del. A*



- subruit et lucos alta ab radice reuellit.  
 27 ac ne profanus genitor contraria ferret  
 iurgia. per noctem tacitus male condita uertit,  
 26 28 constituens iuuenem subuersa ad templa iuuenicum.  
 295 28 quae postquam conperta patent subitaeque ruinae  
 flammarunt animos. auctor per moenia facti  
 29 quaeritur et lucos Gedeon strauisse docetur.  
 30 poscitur ut dedat Ioas pro crimine natum.  
 31 qui renuens diuos memorat sibi uindices esse  
 300 et debere sua. si sint uiuantque, tueri.  
 34 spiritus hic domini Gedeonem ad proelia firmat,  
 classica iamque sonant. dat cornea bucina signum.  
 37 oratur dominus. canenti ut uellere lanae  
 caelestes fluitent nocturno in tempore rores:  
 305 38 nec mora. permaduit ac peluem pressa repleuit:  
 inde aliud posuit rursus. terramque madentem  
 sicca pruinosa nec sensit lana liquores.  
 7 3 additur his aliud, bis dena ut milia plebis  
 atque duo iubeat rursus remeare timentum,  
 310 milibus inque decem certandi ut summa locetur.  
 4 hanc etiam monitus minuit, ne turba coacta  
 robore fida suo domini non cerneret arma.  
 5 ut iuuenum princeps aciem deducit ad amnem,  
 \* \* \*  
 atque canum ritu fluitantes lambere lymphas  
 315 praecipit, ut socios laetae uirtutis haberet.  
 6 ter centum placuere, uiri; nam cetera turba

291 subruit et luco *del. A* 292 profanus] *litt. fa1 del. A* 293 condit' *C*  
 295 pallent  $\omega$  *corr. p* 296 menia *BC* 297 lucus *L* 299 rennuens  $\omega$   
 uendices *C* 301 hic] huc *C* praelia *B* plia *C* 302 classica *L* 303 canenti *L*  
 candenti *C* 304 fluitent *L* 305 praessa *B* pssa *C* 306 terraque madente  $\pi$   
 307 nec *p* non  $\omega$  309 duo *L* duci *C* 310 decim *L* 311 conacta *A*  
 cacta *B* 312 cernet *B* 313 ut] aut *L* at *C* ampnem *C* post 313 *exci-*  
*derunt pauca* 314 fluitante *L* limphas *C* limfas *L* 315 praecipit *B*  
 laetae *L* letae *C* lectae  $\pi$

- palma] monstratos non sumpsit languida gustus.  
 7 in sedes] reditura suas ceu nescia pugnae.  
 8 hoc fretus] cuneo bellum tot milibus infert.  
 320 quot numer]are uiri nequeunt, quibus arte magistra  
 porrectis] mos est digitis concludere summas:  
 12 hinc] acies equitum mixtis peditumque manipulis.  
 illinc] innumeros torua cum mole camellos.  
 10 at Gedeo]n properans famulo Pharane sequaci  
 325 hostica] castra petit ac nocte obtentus opaca  
 13 degredi]tur. lustransque situm mentesque animosque.  
 audiuj]it socio narrantem somnia quendam.  
 quae m]ale sopitus sensu uigilante notarat.  
 namque] uidebatur panem sibi uisere uolui.  
 330 hord]ea quem faciunt quotiens frumenta negantur.  
 et ua]rios glomerare modos per castra, per agmen:  
 donec] per media uenit munimina ualli  
 et penitus] regis inuasit pondere sedes.  
 14 haec] ostenta uiri cecinerunt sanguinis esse  
 335 augurium] finemque ferunt uenisse Madae.  
 15 hinc] p̄ostquam dominum iuuenis ueneratus abiuit.  
 somnia] tum conperta uiris sublimior infit  
 16 soluere. ia]mque manum trino mox agmine ducit.

317 sqq. primas multorum uersuum uoces archetypus librorum ABC non habebat: librarii lacunas non indicant; minio scriptae initiales litterae in C. pleraque suppluit π qui uu. 317-352 ediderat Spicilegii Solesmensis t. I p. XXXVIII. 317 Palma p Lymphae π monstratus A monstratur B 318 redditura L 319 suppl. p infert B 320 Quot suppl. p, Quae π Are uiri L Bellare uiri C nequeant C 322 Hinc p Tot π aequitum B 323 Illinc p Insimul π cum] cu L camellos L (came los B) camelos C 324 Inproperans ω suppl. p farane ω 325 obtentus L obtectus C 326 Egreditur C corr. p Ter L Ingreditur π 327 Audiuit] it BC id A socia L narrantes omnia (omni B) L 328 Male C Ale L sense C noctarat C noctaret L 329 Namque suppl. p Ipse π 330 quoties ω 332 modia ut uid. C an Madii? 333 Et penitus p Et praiceps π reges L pendere L 334 cecider̄ C cecinerunt B 336 dominum] dñs C ueneratus iuuenis ω corr. p 337 infit B 338 Soluere p Dicere π Iāq. C Inque L amine L

- cornea] tela tubas manibus et lampadas indit  
 340 17 exemplumque suis sese iubet esse laborum  
 18 promentesque deo grates primordia pugnae  
 ed]ere. ne desit dominus, quo principe uincant.  
 19 iam] uigiles prima noctis mutauerat hora.  
 20 cum] rapidi incurrunt portis clausasque reuellunt  
 345 serras at]que tubas uentosis flatibus implent;  
 hyd]rias inde rotant. magno quae pondere quassae  
 dissiliunt. saltusque cient atque aere canoro  
 dant sonitus fractasque leuant ad sidera uoces.  
 agmina flammaram laeuis protenta coruscant  
 350 et noctem multo radiantes lumine uincunt.  
 21 quo fremitu concussi animi, mens territa cunctis:  
 qua data porta. ruunt et territa castra relinquunt.  
 24 mox omnis Iudaea coit sequiturque palantes;  
 pars fontes riuos ac raucos occupat amnes,  
 355 ut dispersa metu sitientibus arida uenis  
 hostica turba ruens custodum incurrat in arma.  
 25 nec tanti cecidere doli; namque agmine pronò  
 Madiae proceres ueniunt Orebus et Axes  
 inplacidi. ferrumque simul pro gurgite sumunt.  
 360 8 1-3 et licet inuidia uirtutis torserit illos.  
 qui procul afuerant communi et laude carebant.  
 attamen eloquio Gedeon et supplice fatu  
 leniuit, quod bina ducum monumenta tenerent.  
 5 Soccodum post bella dapes dum poscit amice.

339 Cornea π tubas p turbae ω tubae π 340 exemplum *non deest* ω  
 341 Promentes p clamantes π 342 Edere p Abere C Ere L Pendere π  
 343 noctes C ora C 344 incurrant C incursant π portisq A  
 345 Serras p Postes π Atq. C Quae L flatibus C uentibus L 346 Rias L  
 Rigas C quae] q. ω pandere L quasse ω 347 dissiliunt L adque L  
 aera ω 348 sonitus] scs C 349 leuis ω choruscant C  
 354 riuosa craucos A ampnes B 357 ammine L 359 In-  
 placidi p Nil plaudi ω Nil pauidi π 360 uirtutes A 361 cō-  
 muni C 363 *deest uersus* C Linuit L 364 Occodum ω *corr.* p  
 amice C

- 365 6 spernitur ob reliquum medii certaminis actum.  
hostilesque etiam dicuntur uiuere reges:  
7-9 suspendit plectenda tamen minitansque recedit.  
inde opus inceptum peragit, fugientibus haeret.  
10 inuenit in Carris metantes castra Sabaeos;  
370 namque quater denis stipabant milibus agmen  
post cladem, centum ruerant qua milia ferro  
ac bis dena simul: numerus hic bella nouabat.  
11 sed meritis innexa suis gens concidit omnis.  
12 Zebeus ductor post funera tanta suorum  
375 et Salmana fugit; nam mens euicta periculo  
haesit ad extremae ueniens ludibria sortis.  
15 nam captos pariter Gedeon per singula ducit  
ostentatque uiris, qui dudum murmure duro  
poscentem uictus stolidis risere cachinnis.  
380 16 nec mora. per sentes raptantur membra nocentes  
intonsique uirum rorantur sanguine dum.  
17 quin et, nequa forent sceleris uestigia tanti.  
urbs ferro subuersa ruit turresque minaces  
conuulsae penitus longam traxere ruinam.  
385 18 post reges iubet esse palam, quos undique turba  
mirantis claudit populi; tum dicere iussit,  
quos et quanta uiros strauissent caede superbi,  
qua Iudaea perit, tantos dixere fuisse,  
ut regum natos formarum proderet ardor.

365 reliquum *A* requū *B* relicum *C* medii] *f.* Madii actu *C* 367 minitansque] minitenda *C* 368 heret *L* haret *C* 369 carris *C* castris *L* castras abeos *B* 370 an nam quater et denis? militibus *L* 371 fuerant ω *corr.* Mayor qua ω 373 inxa *B* innixa π 375 fugit] fuit *C* 376 ad *pr. ss.* *L* 379 deest uersus *C* post centum *L* 381 rotantur ω *corr.* *p* 382 deest uersus *C* sceleres *L* uestigia tanti] uestiganti *B* 384 deest uersus *C* 386 mirantes *L* 387 quarta *L* traussent *L* cede *L* 388 iudea *BC* perit *L* inter 388 et 389 in marg. crux uiridi colore picta et super u. 388, qui est primus folii 106<sup>n</sup>, eodem colore scripta quaedam partim inter ligandum absorpta: 101 rotat (roiat?) amo retard cec ñ *C* (an raptat amor per ardua dulcis ex Vergil. *G* III 291 sq.?) 389 regnum *L* perderet ω *corr.* *p*

- 390 19 ille suos fratres germano in pectore uersat,  
caesorum speculari habitus, ceu corpore inhaeret.  
tum sic motus ait: „Testor te, sancte deorum  
omnipotens, et facta tuae sublimia dextrae,  
\* \* \*
- 9 54 femineae meritum dare te memorabile laudi.“
- 395 10 1-5 Hunc sequitur Tholamus, bis denis qui fuit annis  
2 atque tribus nulla uexatus peste duelli.  
3 Iadirus inde uiget Galaditicus atque quiete  
aeq[ue] multa potens [scep[tr]um bis denis possidet  
annis] . . .
- 4 praediues, genitor deno ter pignore gaudens,  
400 3 nobilis, undenis regnum bis possidet annis.  
5 cuius post obitum raptim noua idola crescunt;  
6 nam praeter adsuetum daemone Astaratis aras  
et deos Assyriae uel Sidonis atque Moabi  
nescios ante sibi ritus Iudaea parauit.
- 405 7 quos propter duris Ammanum pressa duellis  
8 bis nonas hiemes traxit confecta periculis.  
10 ex alt]o tandem recolit tandemque reuoluit  
placandum] magis esse deum, qui numine summo  
possit uel] longum populi sedare reatum.

390 in peccato reuersat *B* 391 caessorum *C* inheret *A* ieret *C*  
392 testor] testator *A* sc̄e *C* 393 et—dextrae *del.* *A* 394 fe[m]ineae—  
laudi *del.* *A* femine *B* dare te] daret *BC* *de Abimelechi historia*  
*unus hic uersus superest.* 395 h[unc]—annis *del.* *A* tholam]bis *C*  
tholam urbis *B* 396 adque *B* n[ulla]—duelli *del.* *A* 397 uiget—quiete  
*del.* *A* 398 aequ[e] multa *p* Ac multa  $\omega$  scep[tr]um—annis *abrepta* *A*  
scep[tr]um bidenis *B* possidet *BC*: *haec nihil ad Iadirum, cf. u. 400, deleui p*  
399 gen[itor]—gaudens *del.* *A* 400 regnum—annis *del.* *A* possidet *B*  
401 raptim—crescunt *del.* *A* raptum *B* 402 praeter *B* preter *AC*  
adsue[tum]—aras *del.* *A* demonis *BC* 403 asyriae *L* uel—moabi *del.* *A*  
adque *B* 404 nescius  $\omega$  ant[e]—parauit *del.* *A* 405 ammanum—  
duellis *del.* *A* praessa *B* 406 h[ie]mes—periculis *del.* *A* rexit  $\pi$   
pillis *C* 407—434 *pleraque ipse suppleui* 407 Ex alto tandem *p* Alto  
tandem *C* & tandem *L* re[colit]—reuoluit *del.* *A* 408 qui—summo  
*del.* *A* 409] Possit uel] *p* Assuetus  $\pi$  popul[i]—reatum *del.* *A* populis *B*

- 410 16 et renouant] pia iura dei; nam protinus aras  
proiciunt] cunctosque deos et saxea frangunt  
idola. mansuri memores per saecula tonantis.
- 11 1 uertitur] interea distinctis cursibus ordo  
ductor]emque legit populus, qui milite firmo  
415 uel bello] uel pace queat moderari urbes.  
Iephthea] placuit quidam Galadite natus,  
2 cuius nobilitas maculam de matre trahebat,  
quae passim prostrata uiris sub fornice uixit.  
hunc] fratres pepulere domo, quia decolor heres,  
420 patre carens certo, rebus genetricis haerebat.  
3 quos fugit] metuens et colles inter opacos  
inuenit] scelerum comites raptoque potitur.  
4 at parte] ex alia Ammonus bella regebat  
Iebuseus]urgens Solymos; Iudaea carebat  
425 nam]que duce facilesque dabat labefacta triumphos.  
5 mittuntur] iuuenes, qui clarum Iephthea bello  
6 conueniant] blandoque uocent in proelia suasu.  
7 auxilium] primum renuit: mox agmina miscet  
33 arbitrium]que tenens Ammones submoet hostes.  
430 12-28 sed prius] adloquio restinguere bella paratus

410 iura *p* ira  $\omega$  protinus aras *del. A* iaras *B* 411 Proiciunt *p*  
Subuertunt  $\pi$  saxea frangunt *del. A* 412 Idola *p* Numina  $\pi$  man-  
suri *p* $\pi$  Insuri *C* Nsuri *B* Nsuri (*N* in *ras. ut uid.*) *A* pseda *C*  
pensaecula (secla *B*) *L* 413—419 *suppl. p* $\pi$  414 Omque *L* ( $\therefore$  *super O*  
in *B*) Emq. *C* rectoremque  $\pi$  415 queat *C* quo eat *L* moderari  $\omega$  *corr. p*  
urbes moderari  $\pi$  417 Nobilitas<sup>1</sup> *C* Bilitas *L* 418 ueris *C* furnice *L*  
419 pepulere *A* quia *p* qui  $\omega$  420 Patre *c. p* Atque *c. p* heret *L*  
*corr. p* hereret *C* 421 fugit] it *BC* it *al. m. praefixum A* Atque fugit  $\pi$   
422 Nit *L* (*N al. m. praef. A*) Nitibi *C* Consciuit  $\pi$  raptos  $\omega$  *corr. p*  
raptis  $\pi$  potetur *A* putetur *B* 423 Parte *C* Rte *L* (*sed R al. praef.*  
in *A*) *corr. p* $\pi$  mammonus  $\omega$  regebat *L* gerebat *C* 424 Surgens  $\omega$  Assurgens  $\pi$   
solimos  $\omega$  iudaea *L* 425 Quae *AC Q; B* Absque duce  $\pi$  426 Intur *BC*  
Ntur (*N al. praef.*) *A* *corr. p* $\pi$  iepthea  $\omega$  427 praelia *BC* suasse *C*  
428 Auxilium *p* Iepthea  $\pi$  renuit  $\omega$  429 Arbitrium *p* Imperium  
[Riumque—ho *del.*]stes *A* 430 Sedquo (*sic BC*) drius *p* $\pi$  allo paratus *del. A*

legatis] mandata dedit, qui deinde reuersi  
 nil] actum referunt hostemque instare loquuntur.  
 sic] ubi deposita est optatae gratia pacis,  
 30 in] ferrum Iephthea ruit dominumque precatu  
 435 grandia uota uouet, multum dolitura parenti,  
 31 ilicet ut, quisquis primus redeuntem adisset,  
 uictima perpetuo fieret condigna tonanti.  
 32 his actis procedit ouans ac milite lecto  
 signa mouet hostesque fugat, quos caede cruenta  
 440 33 conficiens prope bis denas subruit urbes:  
 34 sed dum regreditur, dum laudis nuntius ipse est  
 et sequitur longa ueniens uictoria pompa.  
 filia, quae patrios seruabat sola labores,  
 occurrit blandumque canit cum congrege turba  
 445 et leuis erecta consurgit ad oscula planta:  
 35 quam pater ut uidit, constrictos scindit amictus  
 et mala cernentes in fletum concitat orbis.  
 „Heu fatis funesta meis uictoria! uotum  
 hoc potius hostile fuit! quo filia curris,  
 450 quo ruis? extremum nobis, quod te adloquor, hoc est.  
 nam dum signa mouens dominum munimina posco,  
 uictima facta deo sanctas sisteris ad aras.“  
 36 at uirgo, secura sui mortisque beatae,  
 blandius exultat interque pericula ludit,

431 Legatis *p* Blanda uiris  $\pi$  mandata—reuersi *del.* A 432 Nil *p* $\pi$   
 [actum—inst *del.*]are A loquuntur C 433 Sic *p* Ast  $\pi$  [ubi—grati *del.*]a A  
 optate B 434 In *p* $\pi$  [ferrum—dominumqu *del.*]e A gephthea B nephtea C  
 praecatus L 435 grandia uota B grandia-multum *del.* A 436 [Illiet-re *del.*]  
 deunte A Illie et C Illi et B Scilicet K Becker primū C re]deunte madisset A  
 437 uictima-co *del.*]ndigna A 438 [his-m *del.*]ilite A hiis B 439 signa-  
 fugat *del.* A cede L cęda C 440 [conficiens- de *del.*]nas A 441 [sed-  
 lau *del.*]dis A 442 [et-uicto *del.*]ria A sequitur] s *ex l* statim *corr.* B  
 ponpa L 443 [filia-sol *del.*]a A 444 occurrit-cum *del.* A canet B  
 cū *pr. ss.* B 445 [et-os *del.*]cua A 446 [quam-constrict *del.*]us A  
 constrictus B scindit] cedit L 447 et-infletu *del.* A infletu B  
 infletu C 448 Eu C factis  $\omega$  *corr.* Mayor 450 adlocor L 453 ad L

- 5       quin etiam exorat. sua sit sententia certa  
           neu dubitet haereatque parens. <et parca> precatur  
 37       tempora. quis ualeat lacrimis lugere iuuentam.  
           adnuitur mensesque duo praestantur ouanti.  
 39       ergo aderat praescripta dies genitorque sacerdos  
 460      uirgineam domino mittebat in aethera mentem.  
 12      1 haec inter rabies populi concurrit ad arma  
           cognatasque acies urget furor. et liuor edax.  
           dum carpit pia facta uiri. sese ipse peremit:  
 6       nam triginta duo decumbunt milia ferro  
 465      ex populis. Ephrema. tuis uictorque duello  
           ciuales etiam meruit Iephthea triumphos.  
           commutat Iudaea ducem uiduata priore.  
 8       Israhelita prius Esebon. dux postea dictus.  
           accepit patriae lectus moderator habenas.  
 470      9 multorum genitor; nam quadraginta fuere  
           ex iustis thalamis nati. spes tanta nepotum.  
           ter denas cohibens uno sub tempore nuptas.  
           expletis septem, dum rector iudicat. annis  
 10      occidit et tectus tumulo mundana reliquit.  
 475      11 insequitur sceptrumque tenet Zabulonius Helon.  
           qui geminis rector lustris moderamina liquit.  
 13      subditur huic propere princeps Abalenius Abdon.

467] Mico: Commutant (Commutat *al.*) -- priore. Alchimus

455 sua sit *p* uasit *L* ut sit *C*   456 hereat *AC* et parca *p om.*  $\omega$   
 praecatus *L*   457 iuuentam *C* iue(ntam *om.*) *L*   458 annuitur *C*  
 que *om.*  $\omega$    460 uirgineam *B*   461 cocurrit *L* ad arama *B*   462 ur-  
 guet *L* aedax *C* audax  $\pi$    463 ipsi *L*   465 ex] et *C* ephrema *L*  
 efrema *C* Ephreme  $\pi$  uicto *C*   466 ciuales *B* iephthea *L* eptea *C*  
 467 cōmutat *C* commutant *uel* commutat *Miconis libri* iudea  $\omega$   
 468 dus *C*   469 accipit  $\omega$  abhenas *C*   471 thalami *L* natis  
 pes *A*   472 conhibens *L* una *B* nuptas *om.* *C*   474 testus  
 tumlo *L* relinquit *B*   475 taballionius (ta *an* ca *non satis certum*)  
*C* tabollionius *L*   476 liquit *B*   477 aballenius  $\omega$  abdon *C*  
 abdo *L*.



- 14 natarum triginta pater; nam mascula proles  
 quaterdena fuit, multo cum ditior esset  
 480 supposita de matre parens numeroque nothorum.  
 iudicium populi bis quattuor obtinet annis.
- 13 Ac dum sola dei uiguit cultura. perennis  
 1 pax laetis seruata fuit; namque idola rursus  
 adorata uiris bellum mouere cruentum;  
 485 namque omnes dominus bellantum subdidit armis  
 et poenas fecit octono expendere lustro.  
 2 illis temporibus iuuenis Manoea uigebat  
 et nondum genitor: sterili nam coniuge iuncta  
 optabat uotis titulis gaudere natorum.
- 490 3 huius mulieri dominus super aethera lapsus  
 adstitit, insueti promittens munera partus,  
 4-5 imperitans. natus ne uina et sicera libet,  
 neu maculosa sinat patulo decerpere morsu,  
 idcirco quoniam cunctis felicior esset  
 495 matribus et numeri damnum pensaret in uno.  
 5 „Nam uirtus generosa fiet, nullique licebit  
 iniectum uiolare caput uel laedere ferro.  
 adlectus domini fecundo ex uiscere fetae,  
 ut populum] saluare queat bellumque retundens  
 500 acer in] hostiles conuertat damna maniplos.“  
 6 uenit et est] confessa uiro; nam flammea dixit  
 ora uiri] uisumque dei fulgentis honorem,  
 quaerenti]que dei nomen tacuisse tonantem.

478 triginta *B* masculi *C* masculina *L* corr. *p* prolis *L* 480 subposita *L*  
 notorum *C* 481 .  $\overline{\text{m}}$  . *C* 482 ac] Hae *C* sola bis script. *L* per-  
 nenis *B* 484 cruentum *L* quietum *C* 485 omnis *L* omnis *C* 486 penas *C*  
 octone *B* 487 Manoea] habea  $\omega$  488 stereli *L* 489 obtabat *C*  
 titulis *L* titulos *C* 491 numera *A* 493 decersere *B* 494 cun tis *A*  
 495 dampnum  $\omega$  497 l' ledere *C* dedere (uel om.) *L* (puncta om. *B*)  
 498 atlectus *C* at lectus *K* Becker foetae *L* fo&e *C* 499—530 pleraque  
 suppleui *p* 499 quaeat *AC* quaeat *B* 500 hostilis *L* dampna  $\omega$   
 501 confessa del. *A* Cuncta suo confessa  $\pi$  502 Ora *p*  $\pi$  (uiri om.  $\pi$ )  
 503 que] quae *AC* q: *B*

- 7 „Nazaraeu]s erit. de te qui gignitur,“ inquit.  
 8 adiuuat] uxorem uotis Manoea iugatis,  
 missus qui] fuerit sanctus pia dicta retexat  
 accend]atque nouum lumen, quo noscere possit,  
 quid pu]ero deceat, qui nondum natus ametur.  
 9 ilicet] et caelo dimittitur et noua pandens  
 0 adprope]at nuptamque uidens in gramine fusam.  
 coniuge] seposito, confestim conminus adstat.  
 10 haec sur]git cursimque uiro. quae uiderat, infit.  
 11 hic sequi]tur pauitans sanctumque inuisere gaudens,  
 et uidet] eximio fulgentem lumine uultum.  
 515 12 adgr]editur poscitque uirum, si uera loquatur,  
 expon]at, quae facta uelit. quibus ore sereno  
 13 angel]us expromit paribus fas esse teneri  
 omnibus], inmundis nec conmodet ora creandus.  
 14 neu] uinum siceramue bibat. neu pocula sumat  
 520 ulla], quibus ualeat mentem depellere sensu.  
 15 exul]tans iuuenis haedum dat sumere sancto,  
 16 mox ius]sus potius consueta offerre tonanti  
 munera, quae] suscepta uelit pro munere uitae.  
 17 quaerunt] quin etiam domini condiscere nomen.  
 525 18 scrutari] quod nemo potest: mirabile nanque est.  
 19 tum iuuenis] mandata sibi libamina profert,  
 cap]rigenam prolem sancta ad donaria sistens.

- 504 Serit ω inquit ω 505 mano ea (ea in ras.) B 506 retaxat B  
 507 adque B 508 pu]ero deceat (uel faciat) p ∴ Erese queat L 50  
 510 Iit L nu tam B 511 Coniuge p Ipsi sepositae π 512 Haec  
 surgit p Exsurgit π ∴ Gat L imfit B 513 Hic sequitur p Cur J  
 516 Atque L uellit L 517 Angel]us pπ Us expromit L (puncta om. B)  
 518 in mundis L comodet B creandis π 519 ue om. L 520 Vlla p  
 Mixta π sensum L 521 tans L suppl. pπ haedum p haec dum L  
 522 sus L (puncta om. B) offerri L 523 suppl. p uellit L 526 Tum  
 iuuenis p Interea π 527 caprigenam pπ probem L a donaria B

- 20 mox] autem flammis ad candida sidera surgens  
aet]hera pulsabat uertex caelumque tenebat.
- 530 per] quem conspicuus scandeat nubila sanctus.
- 23 nec mora, promisso turgescunt uiscera fetu
- 24 et proles optata datur. quam nomine certo  
Samsonem dixere patres: hoc sedit utrique.
- 25 ac dum prima puer titubans uestigia figit,
- 535 incedit comitante deo; nam spiritus illi  
rektor erat. quem terra tremit. cui sidera parent.  
quo fretus per castra <fuit> Danisque Thalique.
- 14 1 inde pubescenti uenit iam corpore Thamnam,  
in qua conspicuae capitur candore puellae.
- 540 2 patribus eloquitur. uxorem postulat ille:
- 3 dissimulant licitumque negant. quia femina non sit  
ex tribubus generata suis. hoc acrius instat  
confirmans iuransque sibi placuisse parentes.  
quos habeat: optatori quaesita iugatur.
- 545 5 ac dum per uirides laeto cum palmite uites  
incedit tacitumque mouet per singula uultum.  
ecce leo quasi Maxillae per auia regnat;  
rugitu horrisono stimulans se uerbere caudae  
executiensque toros. patulo uenit obuius ore.
- 550 6 hunc ille exceptum, neque enim labor, inpete dextra  
disicit et lacero diuisum dissipat artu.  
dotatus tacitae uirtutis munere factum  
occulit atque animo contentus teste laetatur.
- 8 post aliquot redit ipse dies praedamque requirit:
- 555 hic uero, horrendum ac dictu mirabile monstrum,

528 flammis *B* sugens *B* 529 Aethera  $\mu\pi$  Nera *L* (*puncta om. B*)  
530 conspicuus *B* candebat *A* nubilia *B* 531 promisso *L* fetu *L*  
532 prolis *L* opta *B* 537 fuit *p om. L* thalisque *B* 538 pubis uenti *L*  
thamn//n *A* thana *B* 539 conspicue *L* conspicuo  $\pi$  candere *L* 540 uxorem *p*  
uxore *L* illi *L* *corr. p* 541 dissimulant *L* sit *abscissum in A*  
544 optatoris *L* *corr. p* iungatur *L* 547 maxilla *L* *corr. p* 548 horri-  
sonos *L* 549 thoros *B* 550 hinc *L* 551 artum *L* 552 tacite *L*  
553 adque *B* laetatur *A* legatur *B* 554 requirit *L* 555 dictu *B*

- mella uidet mediis in faucibus esse leonis  
 9 flauenti permixta fauo, quae protinus aufert  
 10 et gustu temptata suo fidentior offert  
 fratribus egregiis iuuenis, iamque esse timori  
 560 coeperat eximio uirtutis nomine multis.  
 11 ter denis igitur pariter comitantibus exit  
 praestanti uirtute uiris; tunc quaestio eunctis  
 12 ponitur et plectens ignaros multa iocatur,  
 13 ut uestes niueo confestim stamine textas  
 565 exhibeant, si uera queant non promere fatu,  
 incipiens uaria conuoluit uerba figura:  
 14 „Ex mandente uiri communis prodiit esca,  
 dulcius atque fauo ualidi de corpore fluxit,  
 id cum ueridico nullus depromeret ore  
 570 et septem post poena dies remearet amicis,  
 confusi struxere dolos sociumque perosi  
 ad ciuem uenere suam, quam diximus ante  
 conubio placuisse uiro, rogitantque minaces,  
 575 Samsone ut luso secretum nuntiet; ne ni  
 id faciat, flammas testantur uindices esse,  
 16 territa femineo permulcet pectora fletu  
 dura uiri; nam clausa tegit, memoransque, parenti  
 et matri non dicta suae cur garrula posent?  
 17 sed quid femineus non tendat cogere fletus?  
 580 uincitur ac tacitae mentis secreta renudat,  
 et docet illa uiros, septena in luce diei  
 18 occiduus dubio pallebat lumine mundus:  
 respondent socii: „Quid melle dulcius, aut quid

557 quae] que A q. B 558 deest uerbum B ibid patribus A Hecker  
 561 exiit L 562 quaestio A quæsti B 563 ignarus L iocatur L corr. p  
 565 quaeant B 567 communis B prodita esca L corr. p proditur e 568 ductus A  
 569 uiridico L 570 poena B 571 confusi B perosi] que ueni A] L  
 572 uenire L corr. p 573 con del.]ubio A uiri L corr. p 574 [e  
 del.]amsone A ac ni A [puncta om. B] 575 A del. A testatur (etc) uac.  
 uindices L 576 [ter del.]rita A femineus A uero L corr. p 577 A del.]ura A  
 578 dita L 581 septena L corr. p 582 uir]uac. L 583 socium]e. A

- fortius esse potest crines uibrante leone?\*
- 585 coniugis esse dolos confestim noscitat heros  
et simul: „O iuuenes, non haec sententia uestra est:  
nam nisi me blando lactasset femina suasu,  
cognita non fuerat permixtis quaestio causis.“
- 19 spiritus inde dei iuuenem dimittit in hostes;  
590 ter denos detruncat ouans et cuncta ruentum  
uictor habet uestesque suis, quas dixerat, offert.
- 15 1 paulatimque uiro uirtutum semina crescunt;  
nam socer ambiguae ductus cupidine mentis  
2 denegat uxorem iuueni atque ipse negatam  
595 conloc]at externo. ne post accensus et acer  
restitu]at fortasse petat. natuque minorem  
promittit. si] forte uelit. „Pro maximus ultor!“  
3 exclamat] toruisque [ex] oculis inmane minatur  
ulturus] que diu multum pro talibus ausis  
600 actut]um excidii. quo saeniat. inuenit usum;  
4 ter cen]tum uulpes alacer capit hasque reuinctis  
inter se] caudis binasque ex ordine iunctas  
5 passim] perque oleas uinetaque collis amoeni  
mittit] agens caudisque ardentes lampadas indit.  
605 quae] uix dimissae campos petiere feraces.  
quocumque ad]celerant incendia lata trahentes.  
ilicet] ignis edax uentorum flatibus auctus  
uoluitur:] exuperant flammae tractaeque secuntur.  
6 nec lat]uere doli. cultorum conflua turba  
610 tam] grauibus mactata malis se congregat atque  
uxorem] dudum iuuenes ipsumque parentem

584 bibrante *L* 585 heres *L* 586 sentitia *L* 587 suasum *L*  
589 inde dei] inedi *B* 594 adque *B* negatam] gatam *L* corr. *p* iu-  
gatam  $\pi$  595—625 pleraque suppleui *p* 596 Vindictam fortasse  $\pi$   
que] quae *L* 597 pro *p* quo *L* 598 turuis *L* ex oculis *L* ex  
del. *p* 599 Factorumque  $\pi$  601 Ter centum *p* $\pi$  uulpe *B*  
604 Mittit *p* $\pi$  ardentis *L* 605 quae uix] bis *L* 608 exuperant *p*  
et superant *L* 609 nisi malis mox patuere doli *p* 610 mactata  $\pi$   
mutata *L* adque *B* 611 et 612 suppl. *p* $\pi$

flamma] incidunt tectaque essere domorum.  
sic tamjulus. quod poema. fuit: quod flamma  
sepulchrum.

615

7 illum] acuit uindicta grauis. nam multa minatur.  
8 hostibus at]que suis uasta dat strage ruinam.  
11 inter]ea iuuenes odio ter mille calescunt  
de] Iuda tribu. Samsonem ut milite tanto  
inte]rimant unumque petant tot milla ferro.

620

12 sed] iuuenis mox arma capit auctosque precatur  
in]stantes. ut bella sinant pro laude capessi.  
13 ut] noluit. est facta fides: tum ulnula pronunt  
stup]pea. quae nouies conoctunt braccia nodis;  
14 p]ellitur e saxo. Maxillae aduentat ad oram  
turba]que collecta gaudebat ulsere captum.

625

dum]que auidi intentant dextrae fremituque minantur  
horrisono. trahit ille manus et linea rumpit  
15 uincula. tum curuam — nam quid non ira mini-  
strat?

630

maxillam] tardi conixus stringit uselli;  
hac mille (res mira) uiros pulsataque uocatque.  
18 cum]que sitis sicco iuuenem pulmone moueret  
auxilium sperare dei. qui semine nullo  
cuneta creat. cui. cum uoluit. res torrida fima est;  
qui iussu uel sicca rigat. uel flumina siccat.  
qui uastos inter scopulos hereminumque calcitem  
irriguos doris laxauit caetibus annos:

635

19 nec] nostra. cum leui maxillae in ossa pulcherrime  
rimae fluuii struunturque recessa fugientia mactat.

612 uasta B uasta (quoniam cum. B, l. uasta. p. uasta. i. uasta. uasta. l.  
613 cum]que p. uita l. uasta B 615 ut]que p. uita l. uasta B  
616 horrea p. iuuenis l. uasta. p. 618 hereminum t. 619 eam. l. t.  
praeracur l. 620—622 uigil. p. 621 uita l. 622 p. uasta  
cum. B, l. uigil. uigil. uigil. t. uigil. l. uigil. l. 623 illum l.  
horam l. uasta. p. 624 iustis p. uita. uita l. 625 uigil. uigil. l.  
627 uita l. 628 uigil. t. uigil. uigil. l. 629 uigil. l.



- expletur iuuenis caelesti e gurgite potus.  
 mira facit et magna uidet, laudanda meretur,  
 640 20 cuius imperio bis denis Iudaea pollens  
 orbibus enituit, duce hoc et milite fidens.  
 16 1 inde abiit Gazamque uenit. ubi femina uilis  
 iuuenibus calidis uendebat saucia noctes.  
 2 hanc adiit. quae prima fuit mox causa pericli.  
 645 ecce uolat Gazaeta manus atque obice duras  
 emunit portas et ferrea uincula subdit;  
 inclusum retinens ut capto ludere gestit.  
 3 nocte fere media Samsonem somnia linquunt:  
 excitus immane furit; tum limina pulsans  
 650 conuellit geminos stridenti a cardine postes  
 succedensque oneri cursim super ardua defert  
 eminus oppositi montis iuga. atque periclis  
 4 fortior <hinc> Dalilae capitur bellator amore.  
 5 hanc omnes adiere uiri. quos liuor agebat  
 655 inuictum superare uirum, ut iuncta cubili  
 dulcibus inlecebris lenitum mulceat et mox,  
 quae uires fomenta nouent. quae semina tantum  
 robur alant: natura fiat tam fortis an arte?  
 quae si dicta canat. donandam munere firmant.  
 660 6 7 oratus iuuenis: „Si septem uinciar una“  
 uaffer ait „neruis, quos nondum deserit umor.  
 omne robur perdam cunctisque ignauior exstem.“  
 instruit illa suos fallentem femina fallens.  
 8 artatur iuuenis neruorum robore duro.

638 caeleste *L.* egurte (*puncta om. B*) *L.* 639 meret *L.* 640 iudea *L.*  
 641 urbibus *L. corr. p* 642 gaçzam *B* bilis *L.* 645 gazea *L.* adque *L.*  
 646 Eminuit *L. corr. p* Communit  $\pi$  647 uersus deest *B* 650 conuellet *L.*  
 stridentia cardine *L. corr. p*( $\pi$ ) potes *B* 651 onera *L.* 652 adque *B*  
 per elis *B* 653 hinc *p* at  $\pi$  *om. L.* (*μετὰ ταῦτα* LXX, post haec *Vulg.*)  
 dabile *B* 654 adiere *p* adire  $\pi$  audire *L.* 656 lænitum *B* 657 uiris *L. corr. p*  
 nouent *K Becker* uocent *p* nocuent *L.* 658 roborabant *A* robur abant *B. corr. p*  
 659 firment *A* 660 si septem uinciar una *B* neruorum robore duro *A*  
 (*ex u. 664*) 661 uaffer ait *L.* humor *L.* 664 robore *A* (*ut 660*)

- 665 9 quos modico adtractu ceu mollia uellera rupit.  
 10 11 consultusque dehinc restes fert esse timori  
 intactos. qui nulla fiant uersura soluti.  
 12 inligat illa uirum, cum iam defessa labore  
 proflarent tenuem marcentia pectora somnum.
- 670 ut primum sensit nodos. euerberat auras  
 et risit similes ceu ducit aranea casses.
- 13 bis uariis elusa modis tamen ausa precari  
 rursus adumbrato temptat Samsona rogatu.  
 respondit diuersa satis nec uera petenti:
- 675 „Tu crines dissolue meos rursusque retorquens  
 texe memor. ulnam plectens non amplius unam:  
 sic fiet, ut uirtus pereat spoliata uigore.“
- 14 quae fuerant praedicta, facit trepideque reuoluens  
 suspensa nectit dextra palisque reflectens
- 680 inligat et captum sociis Dalila resignat:  
 exiliens reicit palos crinemque renodat.
- 15 nil totiens periura timet totiensque repulsa  
 denuo] adiurat lacrimis male sana paratis  
 omnemque ad]sciuit, quo sit facilior, artem.
- 685 16 nec iam fert] fictos mens emollita maerores  
 et frau]dem, sed dira sibi patefecit amatae.
- 17 „Nazaraeus] ego domini sum, crede, perennis.  
 et uirtus] in crine mihi est nec lamna capillos

679. 681 Aldhelmus ad Acircium [p. 281 G.]: „ut ille uersificus septimo diuinae legis libro de pellice fraudulenta Samsonis, quae subdola pellicatus persuasione synagogae typum praetulit, eleganter cecinisse memoratur dicens „Suspensa—reflectens“ et infra: „Exiliens, inquit reicit—renodat.“

665 molli *L corr. p* 668 inlicat *L* 669 sont *B* 670 nodas *L* euer/berat *B* 672 causa praecari *L corr. p* 674 patenti *B* 676 ulmam *L* 678 tripide *L* 681 reiecit *L* re[nodat del.] *A* 682 totius *L corr. p* totiensque *p* tacitaque *L* re[pulsa del.] *A* 683—712 *pleraque suppleui p* 683 Denuo *p* Samsonem  $\pi$  684 sciunt *L* sciuit  $\pi$  qua sit felicior *olim p* arte *L corr. p* 685 mense mollita *L corr. p* merores *L* 686 dem (*puncta om. B*) *L* sibi *del. A* 687 credere *L* 688 crimine *L* lama *B*



- ferrato] mucrone secat; qua si quis adacta  
 690 ceru]cem faciat nudato uertice caluam.  
 is cer]tus mihi finis erit uirtutis inemptae.\*  
 18 his dict]is manifesta fides: mox munere sumpto  
 19 Samsonem] mulier gremio fouet; eximit omnes  
 uires at]que comas tonsor mercede locatus.  
 695 20 excutit]ur Samsona toro. mutatus et idem  
 prensatur]. unaque deus cum robore linquit.  
 21 confestim] gemino uiduatur lumine; namque  
 orbibus] effossis uacuas liquere lacunas  
 et ma]eret dura constrictus compede crura;  
 700 attamen] haut nouit, quam caecus possidet, umbram.  
 carcere] conclusus molam rotat inpete dextra:  
 pondere s]ic gemino laterum sibi subuenit usus.  
 22 nec mora] longa die crinis redeuntis honore  
 caesa]ries rediuua fuit, quae tempore eodem  
 705 restituit] secum pariter roburque decusque.  
 23 ecce] die quodam proceres coiere frequentes  
 fact]uri sollemne deo, quem uana colentes  
 num]en habent. Dagona uocant et nomine pristim.  
 24 hic] dum depositi Samsonis clade laetantur  
 710 ads]tantis longe media testudine templi.  
 25 acciri iussere uirum iam uincere promptum,  
 is]que mori iussus trahitur risuque solutis  
 praebet nequitiae caeco de lumine causas.  
 26 forte domus tota gemina subeunte columna  
 715 pendebat; has inter agens constringit utramque

689 Ferrato *suppl.* pπ 690 Am faciat *L* 691 Is *p* Hic π 695 ur̄a  
 sonat oro *L corr.* p 696 deum *L corr.* p 698 Orbibus pπ effossis: o  
 ex u al. *A* 699 cum pede *L* 700 umbra *L corr.* p 701 Carcere pπ  
 702 sic *p* et *L* usu *L corr.* p 704—708 *suppl.* pπ rediua *L*  
 706 cogere *L corr.* p 707 facturi] uiri *L* sollemne *L* 708 dagone *L*  
*corr.* p nomine pestem *A* nomen epestem *B* pristim *uel* piscem *p*  
 (*Lagardii Onomastica sacra* 32,7 Dagon piscis tristitiae 189,14 Δαγών  
 εἶδος ἰχθύος ἢ λῶπη) 709 Hic *p* qui π l&antur *B* 710 Adstantis π  
 stantes *L* 711 prumptum *L* 712 Que mori *L* Atque m. π 715 con-  
 stringit *A*

- 29 amplexuque tenet toto retroque residit,  
 28 ut nisu maiore ruat, dominumque precatus  
 30 ultricem traxit propria cum morte ruinam.  
 31 quo pater orbatus fratresque et pignora cuncta  
 720 conueniunt functumque dolent decorantque sepulchro.  
 Reg. II 23 11 [hunc sequitur Semada ducem, qui fortibus ausis  
 sescentos perimit et tempora laeta reducit.]  
 17 2 Haec inter Micia petit pergrande talentum  
 3 argenti matrem. quod sanctum femina fidens  
 725 esse docet uotumque deo. sed tempore certo  
 4 reddendum; mox celsa facit donaria sancto  
 5 et theraphin templumque deo. sinibusque repletis,  
 qui minor est natus, domino fert dona sacerdos.  
 10 post Iudam Micia legit. sedemque quaerentem  
 730 congesto secum donorum munere nectit  
 12 adsumptusque dei meruit sacraria uotis.  
 18 1 ecce tribus Dana subito noua regna requirens  
 2 mittit oratores socio de corpore quinque,  
 scrutantes, ut cuncta probent, quae portio terrae  
 735 sit melior, qua deinde iuuet componere sedes.  
 3 hi dum circumeunt saltusque ac diuia lustrant,  
 ad Iudam ueniunt socio sermone serentes,  
 quid faciat, quae sacra nouet? poscentibus ille  
 4 quae postquam exprompsit, compulsus consulit, alti  
 740 5 et domini mandata dei ueniamque supernam  
 6 exhibuit, iussosque dehinc discedere laudat.  
 7 haec reduces docuere suos; iamque agmine denso

717 ut—ruat *euuuida* A praecatus L 718 ultricem traxit *euuuida* A  
 719 quo pater *del. A* cuncta *ex u. 720 reuocauit* p cara π om. L 720 conue-  
 niunt B *litt. conue del. A* sepulchro] *secuncta* L 721 et 722 *deleui* p: fuerunt  
*olim haud dubie in Cypriani de Regibus carmine quod integrum habuit*  
*Aldhelmus.* 721 hunc *del. A* 722 sescentor (*litt. sesce del. A*) L perimit L  
 723 [h *del.*] *aec A* mitia L 727 et *del. A* siraphin L *corr. p*  
*f. ephudemque deo manibusque p* 732 tribus A *ut uid.*, ribus B 735 sit  
 melior *euauuerunt* A iuuet p uiuit B *euauuit uox A* componere B 736 hii L  
 salutis B salutis *an saltus incertum A* diuia L 739 cōpulsus L  
 741 exhibuit B iussus L *corr. p* discere B 742 iamque p namque L

- 11 14 17 sescenti ueniunt. ephudem et sculptile portant  
 18 20 et theraphin. secumque rogant consistere Iudam.  
 745 22 *sqq.* quem cum Micias profugum reuocare pararet,  
 pellitur; adscitus non uult remeare sacerdos.  
 27 Laisa bello petitur tectisque crematis  
 amittit sedes et maestis denegat arces.  
 28 uincentumque manus studio se conlocat illic  
 750 29 et nomen tribule dedit: nam Dana uocatur.  
 19 1 Vir quidam Lenita fuit, qui coniuge nulla  
 concubitus de serua petit. haec dedita cessit  
 2 dissocians commune iugum infensaue longe  
 auolat et sprete refugit consortia lecti.  
 755 3 quam cum sollicite uellet reuocare maritus,  
 communem famulum secum et iumenta ducebat  
 ad socerum ueniens natamque ex foedere oscit;  
 promittit blandequē fouet sensimque tenendo  
 4 inlicit, ut secum maneat. mox ille residens  
 760 uescitur et placida securus sede quiescit.

\*

\*

\*

743 efudem *L* 744 seraphin *A* seraphin *B* *corr. p* 745 mitias *A*  
 747 Laisa *L* *corr. p* petitur *B* patitur *A* 748 mestis *L* 749 studio se *B*  
 750 uocatu *L* 752 dedit accessit *L* *corr. p* 753 cōmune *L* infessa *B*  
 754 auolat *p* audat *L* sprete: ē *ex e al. B* 755 reuocare *p* prouocare *L*  
 756 et iumenta *p* iumentaue *L* 757 nata *L* 758 blandequē *p*  
 que *om. L* | *post u.* 760 multa interciderunt.

EXPLICIT METRU DE LIBRO IUDICU *B om. A*

## DEPERDITORUM CARMINUM RELIQUIAE.

### REGVM I

- 1 19 10 denique quaesitos tetigit tamen ille penates.  
2 20 30 sq. praecaue nunc miser nec te dum nescis et audes  
3 24 5 obreperit partemque secat de ueste fluenti.

### REGVM II

- 4 23 8 . . . quasi uermiculus ligni tenerrimus . .  
5 23 11 sq. hunc sequitur Semada ducem, qui fortibus ausis  
sescentos perimit et tempora laeta reducit.

*titulos carminum praeter Iobum tradunt ueteres catalogi Nazarianae et Cluniacensium bibliothecarum.*

1 *Mico*: Quesitus. Denique—penates.

*Vulg.* Et Dauid fugit et saluatus est nocte illa.

2 *Mico*: Precaue. Nunc—audes. Alē (audis *deterior codex* cf. *Martial. VII 92, 4. 6. 8* audis et nescis, Baccara, quid sit opus.)

*Vulg.* Iratus autem Saul aduersus Ionathan dixit ei: Fili mulieris uirum ultro rapientis, numquid ignoro, quia diligis filium Isai in confusionem tuam et in confusionem matris tuae? (31) omnibus enim diebus, quibus filius Isai uixerit super terram, non stabilieris tu, neque regnum tuum.

3 *Mico*: Obreperit—fluenti, partemque] pariterque *deterior codex*.

*Vulg.* Surrexit ergo Dauid et praecidit oram chlamydis Saul silenter.

4 *Aldhelmus p. 310*: tener tenerrimus, ut in Basilion cautum est: quasi—tenerrimus.

*Vulg.* Haec nomina fortium Dauid, sedens in cathedra sapientissimi princeps inter tres ipse est quasi tenerrimus ligni uermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno.

5 *uid. Iudicum uu. 721 sq.*

*Vulg.* Et post hunc (Eleazarum) Semna filius Age de Ararij (ὁ Σαμαρίας υἱὸς Ἠλα ὁ Ἀραρί); et congregati sunt Philisthiim in statione; erat ibi quippe ager lente plenus, cumque fugisset populus a facie Philisthiim, (12) stetit ille in medio agri et tuitus est eum percussitque Philisthaeos, et fecit dominus salutem magnam.

## REGVM III

- 6 ? 8 5 hinc repetita sacri gradiens per moenia templi  
7 ? 8 64 distento et plenam monstrantes uentre saginam.

## REGVM IIII

- 8 25 28 purpureis maior Persarum in sede tyrannis

## PARALIPOMENON I

- 9 23 sqq. partitusque meis iustos indico labores  
10 ? 28 18 iussit ut obrizo non parui ponderis auro

## PARALIPOMENON II

\* \* \*

## IUDITH

\* \* \*

## HESTER

\* \* \*

6 *Mico*: Repetita. Hinc repetita—templi. Sall. [Salomo?]

*Vulg.* Rex autem Salomon et omnis multitudo Israel, quae conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam et immolabant oues et boues absque aestimatione et numero.

7 *Mico*: Sagina. Distento—saginam.

*Vulg.* In die illa sanctificauit rex medium atrii, quod erat ante domum domini; fecit quippe holocaustum ibi et sacrificium et adipem pacificorum. quoniam altare aereum, quod erat coram domino, minus erat et capere non poterat holocaustum et sacrificium et adipem pacificorum. *cf. Num. 355* laeta uentres laxare sagina.

8 *Aldhelmus p. 232*: sicut in nouissimo uersu libri Regum cautum: Purpureis—tyrannis.

*Vulg.* et [Euilmerodach rex] locutus est ei [Ioachimo regi Iudae] benigne et po-uit thronum eius super thronum regum, qui erant cum eo in Babylone.

9 *Mico*: Partitusque—labores. Prosper.

*Vulg.* (3) Numeratique sunt Leuitae . . (4) ex his electi sunt et distributi in ministerium domus domini uiginti quattuor milia, praepositorum autem et iudicum sex milia *etc.*

10 *Mico*: Obrizo. Iussit—auro. Alchimus.

*Vulg.* Altari autem, in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit.

## IOB

11 1 3 lanigeræ pecudes et equorum bellica pubes

## INCERTAE SEDIS

- 12 Omnibus attamen his sat perstat, quod uoluisti.  
 13 Angelico monitu repetunt sed regna Canopi.  
 14 nec lupo insidians Christi deroderet agnos.  
 15 captiuamque manum deformis seruitus urget.  
 16 contulit atque seni suffragia sancta salutis.

11 *Aldhelmus p. 218*: Iob prosapia in principio libri quod prosa contextitur et deinceps secundum Hebraeos dactylo spondeoque scandere fertur, et septem lanigerarum pecudum descripta summa narrantur.

*Aldhelmus p. 288*: lanigeræ—proles. haec ex *Cypriani carmine esse Manilius suspicatur. cf. Cypriani Exod. 1288* ipsasque eliminat illinc lanigeras pecudes.

*Fulg.* Et fuit possessio eius septem milia ouium et tria milia camelorum, quingenta quoque iuga bouum et quingentae asinae ac familia multa nimis.

12 *Mico*: Attamen. Omnibus attamen—uoluisti. Apollinar. [*sc. Auiti ad Apollinarium fratrem missa carmina erant*].

13 *Mico*: Angelico—canopi. egypti. *cf. Cypriani Gen. 818* adeat ne regna Canopi.

14 *Mico*: Roderet. Nec—agnos. Alē.

15 *Mico*: Seruitus. Captiuamque—urget. *cf. Cypriani Iud. 88* omnia uictor habet, subiectum seruitus urget.

16 *Mico*: Suffragor. Contulit—salutis. Alcuinus. *au de Sam. iele (Reg. I 25.)?*

## INCERTI DE SODOMA.

- Iam deus omnipotens primaevi tempora saeculi  
uindice diluuiio cunctis aboleuerat undis.  
quas caelum sparsit. terrae. maris expuit aequor:  
hactenus haud liquido poenas decernere pactus  
5 excidio, quotiens. hiemem cum induceret aer.  
frenandis uarium pluuiis mandauerat arcum.  
purpureo et uiridi signantem nubila limbo.  
Iridis in nomen. propria est quae fibula nimbis.  
Sed recidiua hominum pariter cum gente secunda  
10 impietas iterumque mali noua pullulat aetas.

Incipit uersus Cipriani de Sodoma *L* (*Laudun. 279 f. 3<sup>a</sup> col. 2; alterum Laudunensem 273 f. 5<sup>a</sup> non contuli.*)

[Incipiunt uersus Cipriani de Sodoma *R* (*Paris. 14758. olim Sti Victoris 380, s. XIII. unde m=Morelius primus carmen edidit. contulit Hartel. de codd. L et R uid. Auiti opera ed. R Peiper prooem. p. LIII et LVIII.*)]

Opusculum tertuliani de excidio sodome et ninie *P* (*Paris 2772 olim Colbertinus, Hartelii H, quo Steph. Baluzius usus est.*) *P<sup>h</sup>* idem ex Hartelii conlatione.

In christi nomine incipit dictatus tertuliani metrica arte constrictus in primis de incendio Sodomorum *V* (*Voss. Leid. Q 86 f. 81 sq. s. VIII, conlatus ab I. Müllerö Rhein. Mus. XXII 1867 p. 329 sqq., Hartelii A, uid. Auiti opera ed. R Peiper prooem. p. LXVI*)

Interiit codex Laurissensis, ex quo Ioh. Siccardum editurum esse hoc carmen Beatus Rhenanus in praefatione ad Tertulliani opera ed. a. 1528 dicebat: erat is haud dubie Nazarianus iste, ex quo fluxerunt Laudunenses nostri: uid. Auiti prooem. p. LIII

1 primaevi | primi qui *P* tempora | crimina *V* 3 quas | quod *V*  
(unde quot *L. Müller*) parsit *P* spargit *V* maris | uomit *V* (terra euomit  
*L. Müller*) 4 actenus *V* haud *L* et *PV* 5 quoties *L* cum induceret *LP*  
(in *v<sup>o</sup>* *Prec. n.*) conduceret *V* 6 pluuis *P* 7 purpureo *LV* 8 yridis *V*  
in | huic *m* hinc *Hartel* en numen *I. Müller* fabula *V* 9 fecunda *L*

- excidio iam non imbres sortita. sed ignes.  
 sic Sodomum meruit tellus ardentibus uiri  
 roribus et finis portendere signa futuri.  
 effera luxuries illic. inimica pudoris.
- 15 instar legis erat. fugeret quam praescius hospes.  
 ante uel ad Scythicas uel apud Busiridis aras  
 exoptans per sacra necem caestusque cruore  
 fundere Bebrycum et Lybicas satiare palaestras  
 Antaei. Circaea nouas per pocula formas
- 20 sumere. quam laesum Sodomis amittere sexum.  
 Pulsabat caelum inuidia: conubia mixta  
 incestu parili. generis natura rebellis  
 in sese. laesumque uiri cum corpore nomen.  
 tempore sed certo deus omnia prospiculator:
- 25 iudicat iniustos. patiens ubi criminis aetas  
 cessandi spatium. uis nulla, coegerat ira.  
 iamque dies ultrix aderat: duo de grege missi

11 excidio | supplicio V 13 roribus PV foribus L fontibus nescio  
 quis facibus m iactibus Gronou. flammis G Fabricius pontendere  
 (r rec. ss.) P futura V 14 pudoris P pudori V 16 uel ad | penes V  
 uel adscythicas (cyt al. in ras.) P cythyas V bufridis P busiris L  
 17 caesus LP caestum (a rec. ss.) V caestu Gronou. que | ue L Müller  
 cruore L cruorem cett. 18 fundere | subdere V bebrycium L brebry-  
 cium P corr. Peiper. brebicio V (sic: brebicio blicas: lex b ras.) et L om. PV  
 lybicas LP blicas V (uid. supra) satiare | et adire uel Libycasue subire  
 L Müller palaestras LP 19 antei LP ante etiam V circa LP  
 nouam p. p. formam V 21 pulsabat LP pulsabant V Rm mixta LP  
 monstra V communia monstra L Müller 22 incestu P incestu L  
 ince//tum (s al. ss.) V an incestu in parili? parilis V 24 tempora  
 P<sup>1</sup> prospiculator P prospiculator V prospiculator L prospiculator m  
 prospicit altor Peiper 25 i. ubi criminum cumulus, non singulare  
 aliquod facinus uolentum, diutius cessare ab ira deum uetuit. ubi |  
 sibi (si ex su corr. uidetur) V uidebatur deesse uersus aliquis Pamelio  
 et Goulartio 26 uis (an ius?) nulla L iussa (nulla om.) P frustrata V  
 coegerat LPV<sup>2</sup> coegerit V<sup>1</sup> ira LP iram V irae m uis multa coegerit  
 irae Gronou. 27 adherat V<sup>1</sup>



- angelica forma iuuenes, qui spiritus ambo  
 diua ministeria domini mandata ferebant:  
 30 succedunt Sodomis. illic de stirpe piorum  
 transuena Loth aderat. sapiens iustique colonus;  
 unus erat meminisse deum. solet utilis arbor  
 in siluis latitare ferens uelut hospita fructus.  
 is tunc pro porta residens — uix moenia adibant  
 35 caelicolae — quamquam diuinos nescius ultro  
 aduocat. adpellat, patrio ueneratur honore  
 hospitioque uocat longe stabulare parantes.  
 enisus longis precibus: pia pignora mensa  
 officiisque probis studio dispungit amicos.  
 40 Nox requiem dederat. lux soluerat altera noctem  
 et Sodoma in foribus strepitat cum lege pudenda.  
 Loth contra supplex: „Ne uos nunc pacta libido  
 incendat. iuuenes. ipsam foedare iuuentam  
 luxu, quo genitura uocant, quo semina, frustra:  
 45 quo nullae nuptant animae. non lustra colentes.  
 non stabulis reduces, non undis subter hiantes,

28 angelica LP angelico V m iuuenis P 29 diua] dua V ministeria  
 domini LP ministeria ut domini V ministerio m ferebant LP iuebant V  
 30 somis L illa P priorum L 31 lot (saepius sic) V aderat LP  
 aequi V 33 ferens uel ferax Peiper feris PV feras L hospita LP  
 hospite V opsita L Müller fructus LP fructu V 34 pro] p/ro (e eras.) P  
 adhibant V<sup>1</sup> 35 caelicolae: i ex a ut uid. P quamquam] quam P  
 inscius V 36 apellat V 37 longe LP uulgo V stabula separantes V  
 38 pignora V mensa LP mensae V 39 officiisque probis LP  
 officiumque probum V stud<sup>1</sup> al. corr. V dispungit (g eras.) P  
 amicos LP amico V Loth liberos et amicos prohibet a mensa, ne molesti  
 sint hospitibus; similiter Abraham Gen. 18,8 sq. ipsam Saram accedere  
 uetat, ipse iuxta illos sub arbore stabat. 40 maior initialis litt. P  
 41 sodama P<sup>b</sup> cum lege] cum le V pudenda PV rudenda L 42 nunc LP  
 male V pacta LV pasta P parta L Müller praua Gronou. 43 in-  
 tendat V ipsam VLP istam Hartel 44 luxuquo LP luxuq; V  
 luxuq/<sup>uo</sup> V<sup>2</sup> uocant P uocat LV uacat Hartel semine V 45 nub-  
 tant L rulitant: r ex n corr. V 46 uersus deest V

- nec quae pinnarum modulis prope nubila pendent.  
 nec quae per terram protracto corpore manant.  
 omne genus luxu genus est; sed femina coniunx  
 50 omnibus, et numquam cuiquam nisi femina mater.  
 nunc, si fas iuuenale habet nastare pudorem,  
 sunt intus natae biuges mihi, nubilis aetas;  
 uirginitas in flore tumet: iam dedita messi  
 digna cupido uiris; tulerit quam uestra uoluptas.  
 55 dedo pater proque hospitibus pensabo dolorem.“  
 Vulgus ad haec demens: „Quisnam tu, quantus et  
 unde,  
 qui nobis domineris, ait, legesque recondas?  
 transuena, non rector, Sodomorum iugera liras.  
 nunc igitur tute ipse lues, quod nostra cupido est,  
 60 pro natis proque hospitibus; satis unus in omnes.“  
 dicta et facta simul, uulgi mora nulla furentis.  
 turbidus hiberno dum uoluitur impete torrens,  
 riuorum innumeros uno pede deuehit amnes:  
 si qua illic arbor rapidis offenditur undis,  
 65 haut mansura diu, quantum radice licebit  
 crinitas durare moras, ubi subter aderam  
 perdit humum, circumfosso iam caudice pendens

47 pinnarum *LV*<sup>1</sup> pennarum *PV*<sup>2</sup> 48 terras *V* manant *LV* reptant *P*  
 49 luxu genus est] nixu genuit *Hartel* lusu genitumst *L Müller* sed]  
 nisi *L* (*ex u. 50*) 50 cuiquam *om. P* 51 fas *LP* fax *V Riwin*  
 iuuenale *Peiper* iuuenalis *PV*<sup>1</sup> iuuenales *L* iuuenilis *V*<sup>2</sup> habet *LPV*<sup>2</sup>  
 an iubet? auct *V*<sup>1</sup> *Riwin*. pudorem *P* 53 tumet *LP* tumens *V*  
 dedita *LP* debita *V* 54 quam u. uoluntas *LP* qua u. uoluptas *V*  
 55 cedo *Rm* 56 maior *initialis litt. P* quantur *P* 57 nobis domineris  
 ait *LP* nostris dominere animis *V* recondas: as *ex es P* 58 non  
 rector] conrector *R* corrector *m* iugera liras *Peiper* iugerat iras *L*  
 iugera iras *P* iugera libras *V* 59 lues] leues *P* 61 furentis *L*  
 62 dum *LP* ceu *V* ut dum *m* impetu *L* 63 innumeros *LP* ///c numero  
 (a *erasa*) *V* uno *LP* unum *V* ceu—dum uehit *uel* dum—deuehit  
*Peiper*, uehitur *LP* subuehit *V* amnes *L* amne *P* amnem *V* innumerum  
 prono (*uel* que uno) pede subuehit *agmen L Müller* 65 haut *L*  
 haut *PV* mensura *P* 67 circum fosso *V* iam] cum *L*?

huc illuc certam differt incerta ruinam :

- haut aliter Loth in media uertigine uulgi  
 70 nutabat uinci prope iam ; sed diua potestas  
 subuenit. angelici iuuenes de limine raptum  
 restituunt tectis. demens et uulgi ibidem  
 poenarum auspiciis interdum lumine multant.

- Tum decreta dei reserant, dignam fore poenam  
 75 de caelo Sodomis : ipsum meruisse salutem  
 iustitiae titulo. „Quin ergo accingeris istinc  
 festinare fugam pariterque educere, si quid  
 gentis habes. nos exitium iam inducimus urbi.“

Loth generos citus adloquitur, sed dura hominum  
 mens

- 80 credere despexit monitum risitque timorem.  
 tempore mox quo lux tenebras accendere temptat  
 et bicolor caeli facies de nocte dieque est.  
 instabant iuuenes Chaldaeam educere gentem  
 ex Sodomis iustamque domum donare saluti.  
 85 „Heia age. Loth, exsurge tuamque adsume iugalem  
 et natas duplices atque hinc exterminis ito,  
 praeueniens Sodomum poenas.“ manibus quoque amicis  
 producunt trepidos atque haec tibi cetera mandant :

72| Mico : Restituunt—ibidem. uif (i. Virgilius).

68 huc et illuc L 69 haut L haud PV medio L uulgi : gi ex ge  
 uel go al. corr. P 70 nōtabat V potestas ||||| (raptū eras.) P  
 72 et LV Mico sed P uulgi Miconis cod. melior 73 auspiciis LP  
 V<sup>2</sup> hospiciis V<sup>1</sup> lumina L 74 tunc LP tum V secreta P<sup>h</sup>  
 fore L fora V affore P 77 si quid L si quem PV<sup>2</sup> si queant V<sup>1</sup>  
 79 citur P adloquitur] LP 80 dispexit V resit P 81 quo mox L  
 mox om. V accendere Peiper conscendere L cit scindere P iam scindere V  
 confundere gestit Gronou. 82 et tibi color P facie V 83 instabant  
 iūbant iuues V<sup>ne</sup> c<sup>h</sup>aldaeam P 84 ex LP de V 85 heia LV eia P  
 assume P 86 exterminis LP exterminus V 87 praeueniens : pre ex  
 pro V poenas P<sup>h</sup> a<sup>quo</sup> que (pr. corr.) V 88 atque haec tibi LP (ibi R?)  
 et ibidem V mando m

- „Serua. Loth. animam, ne uisum in terga retrorsum  
 90 uertere forte uelis. coeptum uel sistere gressum :  
 in montem propera!“ timuit Loth ardua tardo  
 ereptare gradu. caelestes ne prius irae  
 opprimerent: alios igitur deprecere portus  
 adgreditur. paruam quam contra adspexerat urbem.  
 95 „Huc, inquit. fuga sit: certe uix moenibus extat.  
 nec longe nec magna mihi est.“ fauere petenti.  
 urbis et ipsius pariter cessere salutem.  
 Segor inde loco nomen uox barbara nouit.  
 tunc Loth ingreditur Segor: simul exoritur sol,  
 100 ultimus ille quidem, Sodomumque incendia feruens  
 infert: nam totos radios armauerat igni:  
 aemula subseritur caligo. includere lucem  
 coeptans atque globos confuso intexere caelo.  
 fumantes coeunt nubes. nouus inruit imber.  
 105 sulphura cum flammis flagrat chaos. aestuat aether,  
 exustus crepitat liquidis ardoribus aer.  
 Hinc habet in falso de uero fabula famam  
 Solis progeniem currus optasse paternos  
 nec ualuisse leuem puerum frenare superbos  
 110 ignis equos. arsisse orbem, tunc fulmine raptum

89 seruato loth *L* serua loth *P* seruato seruato (lot *om.*) *V* seruans  
 Loth *m* ne uisum *om.* *V* neu *LMüller* in terga *V* retusum *V*  
 90 caeptum *P* 91 mentem *V* 92 ire!!! *P* 93 alios igitur *LP*  
 illos alios *V* deprecere *V* 94 agreditur *P* contra] cum *P* aspexerat  
*libri* 95 inquit *P* sit] si *P* huc, inquit, intende fugam *R* contendo  
 fugas *m* exstat *L* extat *P* instat *V* 96 longa: a *ex* e *V* mihi est *LP*  
 mihi (*om.* est) *V* petenti *L* precanti *P* parenti *V* pauenti *Hartel*  
 97 gessere *L* cessere *PI* salute *P* 98 nouit] creuit *LMüller*  
 100 sodomumque *LP* sodomis iam *V* feruens] seruans *LMüller*, uersans  
*Hartel* (*coll. Vergiliano illo* uersare dolos) 101 infert nam totos *LP*  
 iratus toto *V* amaueat *P* 103 libentesque globos cōfuso intexere  
 caelo (*om.* coeptans) *V* 104 fumantis *V<sub>h</sub>* inruit] *LV* irruit *P*  
 105 sulfura *L* sulphura *P* sulphura *V* chaos *L* caos *P* cahos *V* aestant,  
 aethor *V* 106 exustus *P* 107 in falso *LP* in falsum *V* abit in  
 falsum *LMüller* 110 flumine *V*

- aurigam inlicitum. planctum mutasse sorores.  
 uiderit Eridanus. si qua illic populus albet.  
 aut si quis plumat senio modulatiores ales.  
 hic aliter uersae maerent miracula formae;  
 115 namque comes coniunx. heu me. male tum quoque legis  
 femina non patiens diuinae. ad murmura caeli  
 audaces oculos nequiquam sola retorsit.  
 non habitura loqui. quod uiderit. et simul illic  
 in fragilem mutata salem stetit ipsa sepulchrum.  
 120 ipsa et imago sibi. formam sine corpore seruans.  
 durat enim adhuc nuda statione sub aethra.  
 nec pluuiis dilapsa situ nec diruta uentis.  
 quin etiam siquis mutilauerit aduena formam.  
 protinus ex sese suggestu uulnera complet.  
 125 dicitur et uiuens. alio iam corpore. sexus  
 munificos solito dispungere sanguine menses.  
 Nusquam sunt Sodomi. nusquam illic impia lucent  
 moenia. cum dominis domus omnis inhospita nusquam.  
 tota rogos regio est: hinc atro horrore fauillae  
 130 hincque situ cano cineres incendia signant.

111 auriga *P* inlicitum] *LPV* planctu *P* 112 heridanus *L'PV*  
 heridianus *L*<sup>2</sup> 113 aut siquis *LP* si quis ibi *V* plumat senio *LP*  
 senium plumat *V* (plangit *uel* plorat *L Müller*) 114 aliq<sup>ter</sup> *V* uersa  
 emerent *P* alia euersae *L Müller* 115 coniunx *V* heu metaletum *L*  
 heu m&maletum *P* eheu male tunc *V* legis] logos *ut uid.* *V* 116 non  
 patiens diuinae *P* inpatiens diuinae *L* diuine ad patiens (ad *pro* haud?) *V*  
*unde* diuinae patiens *Hartel* 117 nequiquam *L* sola *LP* pone *V*  
 118 uiderit *LP* uiderat *V* 119 sepulchrum *LPV* 120 ipsa  
 et *PV* ipsa (*om.* et) *L* sine carne reseruans *P* 121 etenim adhuc  
 (ad hoc *P*) *LP* et *del. Peiper* adhuc etenim *V* aethro *V* 122 delapsa *P*  
 dilapsa *LV* dituruta *V* 123 muta lauerit *V* 125 alio *L* celio *P*  
 alios *V* in corpore *V* in *om.* *LP* 126 maior *init. litt.* *P* munificos  
 solito *LP* munifico solitos *V* 127—128 Nusquam sunt Sodomi —  
 inop(po) sita nusquam *LP* Iamque urbes nusquam Sodomum gens impia  
 nusquam *uno uersu* *V* 127 illic *Peiper* illa *LP* illorum *m* 128 inhospita  
*Fr Iunius* inops ita *L* inopposita *P* 129 regio] rogia *V* atro] *atro*  
 catro *P*<sup>2</sup> rore *L Müller* 130 hinc desitu *V* inde situ *Iuret.*

- nullus arat frustra piceas fuligine glebas.  
 occidit illa prior feritas. quam prospiciens Loth  
 [discretus patruo dites delegerat agros].  
 semiperempta etiam si qua illic iugera laetas  
 135 autummi conantur opes. facile optima sese  
 promittunt oculis pira. persica et omnia mela,  
 donec carpantur: nam protinus indice tacta  
 soluitur in cinerem uacui fallacia pomi.  
 sic igitur caelo pariter terraque sepultis  
 140 nec mare uiuit ibi: mors est maris illa quieti.  
 quod nullos animat per anhela uolumina fluctus.  
 quodque etiam patrio numquam suspirat ab austro.  
 quodque caret proferre aliquam de gurgite gentem  
 squamigeram leuique cute uel cortice saeptam  
 145 uel crispam conchae et duplici conpagine clausam.  
 solum illic propria mentitur fruge bitumen.  
 exusti fuligo maris. quod uiuidus ardor  
 subter stagna coquens de sulphuris et salis aestu  
 temperat inque picem dat terrae adhaerere marinam.

132 maior *init. litt. P* illa prior illa feritas *L* feritas *LP* species *V*  
 prospiciens] spiciens *V* 133 adest *V om. LP Oxoniensis editor haec*  
*ex coniectura suppleuit*: Deseruisse pii fertur commercia fratris.  
 134 laetas] laetant *L* 135 optima sese *P* optimas esse *L* optima  
 esse *V* 136 mela *L* (mella *R m*) mala *PV* 137 carpantur *LP* car-  
 pere aues *V* tacta *Peiper* tactu libri tacti *L Müller* 138 cinere *V*  
 uacui] nani *LMüller* fallacia *V* fauillaque (quae *L*) *LPR* 138 ter-  
 rae *P<sup>n</sup>* 140 illa quieti *LP* ipsa maris pax *V* 141 quod *LP* qua *V*  
 nullus *L* animat] amittat *V* agitat *LMüller* anhella uolumine *L*  
 142 quodque *P* quaeque *L* quaque *V* etiam] enam *V* 143 quodque *P*  
 que *L* (queue *R*) quaque *V* caret *LV* (cauet *m*) nequit *P* negat *LMüller*  
 gentem *P* gente *L* piscem *V* 144 squamigeram *LP* squamicutem *V*  
 leuique cute (cuti *P*) *LP* uel leucutem *V* 145 crisper *V* conchae  
 et *Peiper* conchem (ē *L*) *LP* concāt *V* concham *m* concha  
*LMüller*, duplici] aut duplici *R* (non *P*) conpagine] *LP* clausam *JP*  
 clusam *V* 146 propria mentitur *LP* propriam editur de *V unde p.*  
 metitur de fr. *LMüller* 148 quōquens *V* sulphuris *PV* sulfuris *L*  
 149 dat terrae *JP* terris dat *V* adherere *L* haerere *P* habere *V*

- 150 inuehitur proprio cum tempore pingue crematae  
uirus aquae spumisque cutis super aequora nigra  
textitur. adpellunt, quis est ea captio mercis;  
adclinant laterum leues libramine lembos.  
ut semel inpositam doceant conscendere uenam;  
155 nam se sponte leuans adnabit inertis ad ora  
nauigii pressumque dabit prae munere largo.  
ni plaga contigerit, qua mensis femina uestit.  
Ecce aliud monstrum pelagi de clade notatur:  
cuncta illic inuita natant; natura recessit  
160 mergendis data corporibus. si denique testae  
luciferam narem insistes. qua spiritus igni est.  
uelificabit apex flammae: si flamma perempta est.  
ibit subter aquas adstructio naufraga lucis.  
Hae Sodomum et Gomorum signatae in saecula poenae  
165 gentibus iniustis. quis corda ecdura timorem  
deseruere dei. de caelo iura uereri.  
inque unum rerum dominum curare docebunt.

150 cum *LP* sub *V* pinguae *L* crematae (te *L*) *LP* cremata *V*  
crematum *Rm* 151 spumis—nigra *LP* spumae—nigrae *V* 152 appel-  
lunt *LP* appellant *V* capacio *V* quis est captatio *LMüller* 153 ad-  
clinant laterum leues *LP* adclinantque leues laterum *V* labra mine *P*  
154 inpositam] *LPV* conscendere *LP* inscendere *V* uenas *P* imposita—  
uena *m* 155 nam se sp. l. adnabit inertis ad ora *LP* (inertis] mercis *m*  
*Famel Gronou.*) nam sese iam sp. lauans donabit inertis *V* 156 na-  
uigii *LP* nauigio *V* praessum *L* pressum *P* pessum *V* 157 continge-  
rit *V* quam mensis *LP* qua mses *V* (i. qua menses) uestit] *an* tersit?  
158 ecce aliud *LP* en aluit *V* 160 data *LP* stata *V* testae *LP*  
(teste *L*) testam *V* 161 luciferae *Gronou.* narem *LP* nare *V* nauem  
*Riui.* insistes *Peiper* insistens *L* sistens *P* instituas *V* igni est *L*  
ignis est *P<sup>h</sup>* ignis (*om.* est) *V* 162 uelificauit *LP* uelificabit *V*  
163 adstructio (*κατασκευή*) *Peiper* destructio *libri* 164 sodomū et  
gomorū *V* gomorum *V* scl'a *LP* 165 quis corda *LP* corda in quis *V*  
corda] corpora *R* pectora *Cauchius* ecdura *Peiper* dura *LV* obdura *P*  
166 de caelo *L* caelestia *PV* 167 inque] atque *uir doctus in Morelianae*  
*ed. exemplari Bodleiano* curare *LV* sperare *P* spectare *Oehler*

EXPLICIT VERSVS CIPRIANI DE SODOMA *LR* (Cypriani *R*)  
EXPLICIT DE SODOMA: UER C. LXVI. *P*  
DE SODOMIS EXPLICITUM. DE IONA *V*

## EIVSDEM DE IONA PROPHETA.

- Post Sodomum et Gomorum uiuentia funera in aeuum  
 et cinerum senio signata incendia poenae.  
 et frustra solis oculis nascentia poma.  
 et pariter facti mortem maris et salis illic:
- 5 si quis homo est poenam mutato corpore seruans:  
 paene alios ignis superi decusserat imbres  
 urbs. erat <ut> iusti transgressio, Niniue dicta.  
 nam quis subuersae mentis metus? omnia uulgo  
 poenarum documenta uacant. ubi possidet error.
- 10 at bonus et nostri patiens et plectere serus  
 omnipotens dominus nullam iaculabitur iram,  
 ni prius admoneat durataque pectora pulset,  
 praesagos agitans augusta mente prophetas.  
 namque Niniuitum meritis mandarat Ionam
- 15 praefari exitium dominus: sed conscius ille  
 parcere subiectis et dicta cedere poena

*inscriptionem communem cum carmine de Sodoma habet P (Paris 2772)*

DE NINEVE *p*<sup>1</sup> (*codex Pithoeanus Fr. Iureti, in quo Tertulliano tribuebatur. littera p lectiones ex textu, p<sup>1</sup> ex notis petitas significauit.*)

DE SODOMIS EXPLICITVM. DE IONA *V* (*Voss. Leid. Q 86*)

ITEM TITVLIANI DE IONA PROPHETA *T* (*Vindobon. 16*)

Carmen de Iona et Niniue *Fr. Iuretus*

1 gomorum *T* 2 cinerem *V* senios ignara *p*<sup>1</sup> 4 facti *Pp* tacti *VT*  
 functi *CBarth* 5 si quis *P* si quid *VTp* poena *V* formam *Ruin.*  
 6 poene *PV* alio *p*<sup>1</sup> ignes *p*<sup>1</sup> superis decesserat *p*<sup>1</sup> imbres *P* imbris *VTp*<sup>1</sup>  
 7 Vrbs erat iusti transgressio niniue dicta *P corr. P'eiper* (an Vrbs (miseret) iusti  
*etc?*) Vrbs aequi iustique uiam transgressa nineuo *VTp* (*sed V. a. i. fue-*  
*rant transgressi niniuite p*<sup>1</sup>) 8 quis] qui *V* mentis *P* menti *VTp*  
 9 uocant *V* erro *V* 10 ad *V* boni *p*<sup>1</sup> 10<sup>b</sup> 11<sup>a</sup> et plectere—dominus  
*om. V* 13 prophetam *p* 14 namque *Pp* iamque *VT* niniuitum *Pp*  
 niniuetum *T* ninbusum *V* Ionam *Pp* Ionam *VT* 15 dominum sed *Ruin.*  
 constius *V* 16 subiectis *V* dicta c. poena *P* debitam c. poenam *VTp*<sup>1</sup>  
 (debita c. poenae *Iuret.*) coedere *V*



- supplicibus facilisque bonis cessabat obire.  
 ne unum caneret cessura pace minarum.  
 mox fuga consilium: si qua est tamen ista facultas  
 20 euitare deum dominique euadere dextram.  
 qua subter totus trepidans conpescitur orbis.  
 an ratio est. quod agit sancto de corde prophetes?  
 Litoris in labio. portu celeberrima fido.  
 urbs oras Cilicum contra libatur Ioppe.  
 25 inde igitur Tarsos properus rate scandit Ionas:  
 eiusdem fert acta deus: nec denique mirum,  
 si dominum in terris fugiens inuenit in undis.  
 paruula nam subito maculauerat aera nubes,  
 uellere sulphureo de semine conscia uenti,  
 30 paulatimque globus pariter cum sole cohaesit  
 deceptumque diem caliginis agmine clusit.  
 fit speculum caeli pelagus: niger ambitus undas  
 inficit. in tenebras ruit aether et mare surgit,  
 nequiquam medios fluctus dum nubila tangunt,  
 35 gloria uentorum quos omnis turbine miscet.

17 supplicibus V facilisque bonis P facilemque boni VTp obire Pp  
 abire ut uid. V ultire T 18 canere caesura V 20 dextrā T 21 qua Pp  
 quo V qui T subter totus P super totus p<sup>1</sup> totus subter VT con-  
 pescitur] P' trepidans] irepmdans (m an in post p incertum) V  
 22 rati p<sup>1</sup> corde] corpore p<sup>1</sup> propetes P prophetas LMüller 23 fide V  
 24 ora scilicet P ora est Cilicum p oram est C. e. CBarth libatur  
 (i. leuiter attingitur u propheta) Peiper, libratur libri. an lustratur?  
 dictatur CBarth ioppen Pp ioppe VT 25 tharsos T tharros p<sup>1</sup>  
 scandit P conscendit p<sup>1</sup> poscit VT tendit CBarth pergit uel inde in ire  
 mutandum censet LMüller 26 eiusdemque T fert acta deus Pp  
 (i. fieri putitur feritacta CBarth) per stagna dei V p signādi T  
 28 paruula] paruā P aere V nubis T 29 sulphureo V sulphureo PT  
 sulfureo p conscia P constia VT (in T uix legi potest) conotia p<sup>1</sup>  
 concita Iuret 30 pallatim T globus pariter Pp globum pariens VT  
 sole cohaesit] sulo haesit V 34 nequiquam P nequicquam p nec quic-  
 quam VT medios Pp medium est V mediuse T nibila V tangunt Pp  
 tangit T tant V 35 gloria] atria Hartel proelia—miscet CBarth  
 glomera—miscet LMüller omnis P omnes VTp

- diuersus furor in profugum frendebat Ionam:  
 una ratis certamen erat caeloque fretoque.  
 tunditur hinc illinc. tremit omnis silua sub icu  
 fluctifrago. subter concussa est spina carinae,  
 40 palpitat antemna. stridens labor horret ab alto.  
 ipsa etiam infringi dubitans inflectitur arbor.  
 nauticus interea gemitus uoxque omnia temptat  
 pro rate proque anima: spiras mandare morantes.  
 oblaqueare mitram. clauorum stringere nisus  
 45 atque reluctantes impellere pectore giros. .  
 pars maris interni putidum graue odore uicissim  
 egerit. at rapiunt <pars> merces atque onus omne  
 praecipitant certantque pericula uincere damnis.  
 sunt miserae uoces ad singula fragmina ponti,  
 50 expanduntque manus nullorum ad numina diuum.  
 quos maris et caeli uis non timet: haut minus illos  
 puppibus abstrusos irato turbine mergunt.

Nescius haec reus ipse cauo sub fornice puppis  
 stertens inflata resonabat nare soporem.

36 ionam *Pp* ionan *VT* 37 caelo *Pp* pelago *VT* 39 „alias r. c.  
 fluctiuago“ *Iuret de cod. p* concessa est *P* concussa est *p* concussae *VT*  
 40 palpitat *PpT*<sup>2</sup> pulpitat *T* pulpitar *V* antenna (mn *p*) *Pp* antennae  
 (ne *V*) *VT* 41 ipse *T*<sup>1</sup> 42 gemitus | geminus *p* genitus *Oehler*  
 uoxque *P* clamor *p* (unde labor *Riui.*) timor *VT* tempta *V* 43 animas  
 pheras *P* animas speras *p*<sup>1</sup> a. spiras *T* a. spira *V* mondare *V* mundare  
*Iuret* morantes *Pp* morantis *VT* 44 obliquare *Riui.* mithram *VT*  
 methram *P* muthram *p*<sup>1</sup> risus *P* 45 Atque reluctantes *P* uel reluc-  
 tantes *p* uellere luctantes *VT* ueli eluctantes *Iuret* impellere *V* pectores *T*  
 giros *PV* gyros *T* nigyros *p*<sup>1</sup> 46 putidum *P* puteum *VTp* graue  
 olere *Pp* grauem odore *VT* uicissim | uiciris *V* 47 Egerit at *Peiper*  
 Egeritur *P* egregiae *VTp*<sup>1</sup> egregias *Iuret* rapiunt pars *Peiper* rapiunt  
 (om. pars uel tum) *P* rapiunt tum *VT* tunc rapiunt *p*<sup>1</sup> omnes *p*  
 48 certansque paricula *V* damnos *V* 49 sunt *Pp* tum *VT* 50 exp-  
 pandunt *Pp* expanse *V* expansat *T* nullorum | multorum *rec. m. ss.* *p*<sup>1</sup>  
 numina *Pp* nomina *VT* lumina *Iuret* 51 haud *T* aut *Pp*<sup>1</sup> *V* minus *V*  
 munus *p*<sup>1</sup> 52 pupibus *P* abstrusa siratos *p*<sup>1</sup> mergunt *P* mer-  
 gens *VTp* 53 necius *P* cauae *C Barth* formice *P* 54 stertens *P*  
 stertentem *VT* sternentem *p* resonabant *V*

- 55 iam tunc in somno domini formando figuram.  
 hunc simul undisequae cogit qui munia prorae.  
 pace soporatum placidaque quiete superbum  
 increpat impulsans: .Quid. ait. discrimine in isto  
 somnia more capis tantoque in turbine ponti  
 60 solus habes? en unda operit. spes unica diuum est.  
 tu quoque, quisque tibi deus est. dic uota precesque  
 [indigetans patrium supplex inflectito numen.]  
 sic tum quis culpae propior. quis causa procellae.  
 discere sorte placet. nec sors mentitur Ionam.  
 65 tunc rogitant: .Quis et unde hominum, quis denique  
 rerum.  
 quo populo. qua sede cluens? famulum ille fatetur  
 praetimidum fidumque dei. qui sustulit alte  
 caelum, qui terram posuit quique aequora fudit;  
 ipsius [et] sese profugum causasque reuelat.  
 70 deriguere metu: „Quid nos igitur tibi culpae?  
 quid fore nunc. quonam placabimus aequora pacto?“

55 domini formando] in se formando  $p^1$  56 undisequae  $P$  undisecae  $VT$   
 undis ita  $p^1$  cogit qui  $P$  qui cogit  $VTp^1$  moenia pro re  $p^1$  57 que  
 uel atque quiete  $Peiper$  et quiete  $P$  requiete  $VTp$  requiesse  $CBarth$   
 superbum] supinum  $CBarth$  58 increpat  $P$  institit  $VTp$  impulsans]  $VT$   
 quid aiunt discriminis in isto  $p^1$  59 more  $Peiper$  mare  $P$  nare  $VT$   
 re  $p^1$  (unde rite uel tute  $Riin.$ ) capis  $Pp$  canis  $VT$  ponti  $P$   
 portum  $VTp$  60 en  $om.$   $p^1$ ? nos  $Iuret$  unie  $V$  62 deest totus  
 uersus  $Pp$  adest  $VT$  indigetans  $V$  indegetas  $T$  corr.  $Oehler$ . indigetans  
 $L Müller$  numen  $T$  nomen  $V$  63 Sic tum quis  $P$  exim quis  $VT$   
 exin quis  $p$  (indicit ex inquis  $p^1$ ) propriae  $Pp$  (proprie  $p$ ) propior  $T$   
 prior  $V$  64 sorte] forte  $P$  ionam  $Pp$  ionam  $VT$  65 et] es  $CBarth$   
 66 cluens  $P$  cluis  $T$  cliuis  $V$  cuius  $p^1$  67 Praetimidum fidumque dei  $Pp$   
 Praetimidumque dei  $VT$  qui sustulit alte  $P$  qui sustulit alte  $VTp^1$   
 (altae  $V$ ) qui sustulit altum  $Iuret$  68 caelum qui t. p. quique  
 equora f.  $P$  qui t. p. qui totum (totam  $Vp$ ) corpore f.  $VTp$  totum]  
 pontum  $Hartel$  Tethyn  $Iuret$  69 et sese  $VT$  et  $om$   $Pp$  70 deriguere  $VT$   
 diriguere  $Pp$  quid nos] quos uel quod  $p^1$  igitur] agitur  $P$  col-  
 pae  $V$  quid nos iungis tibi culpa  $CBarth$  rogitant ibi *nescio quis*  
 71 fore  $T$  <sup>na</sup> qm̄  $T$  <sup>na</sup> facto  $Ip$  pacto  $VT$

namque magis multoque magis freta saeva tuebant.  
[tum domini uates ingestu spiritus infit:]

- „En ego tempestas, ego tota insania mundi;  
75 in me, inquit, uobis aether ruit et mare surgit;  
in me terra procul, mors proxima, nulla dei spes.  
quin date praecipitem, causam nauemque leuantes;  
unum onus hoc magnum pelago iactate uolentem.“

- Ast illi frustra nituntur uertere cursum  
80 in reditum; nec clauus enim torquere sinebat,  
dura nec antennae mutari libra uolebat.  
postremo ad dominum: „Ne nos in mortis hiatum  
unam animam propter dederis, nec sanguine iusti  
respersisse uelis, si sic tua dextera ducit.“

- 85 Iamque illic imo exoriens de gurgite cetus,  
squamosum et conchis euoluens corporis agmen,  
urguebat proprios concusso marmore fluctus,  
praedam sponte petens, quam celsae puppis ab arce  
prouolentem auide limosis faucibus hausit,  
90 uiuentemque dapem longam percepit in aluum,  
cumque uiro caeli rabiem pelagique uorauit.

72 freta senatum eptent (*litt. p non satis certa*) V 73 deest totus uersus Pp  
adeest VT ingestu Hartel ingesta T ingestus V 75 in me] e T  
inquit: d in t corr. P aet er P ather VT? 77 p̄citem T nauemque  
que om. p<sup>1</sup> 78 unus p<sup>1</sup> iactare P uolentem Pp uolenti VT 79 illi]  
illis p<sup>1</sup> isti Oehler? 80 torquere sinebat Pp torqueri ualebat VT  
claus nec enim torquere ualebant L Müller 81 antene VT? uole-  
bat Pp uolebeccet P) sinebat VT 82 ne nos om. P 83 nec] ne p  
iusti P iustum p<sup>1</sup> iusto VT 85 immo P de Pp e VT caetus T  
coetus P 86 et p<sup>1</sup> e P et uel e om. VT euoluere p 87 urgebat Pp  
urguebat VT proprios p proprios P propius VT marmore] murmure P  
88 Predam sponte petens quam celsae p. a. a. P Sponte dei praedam  
rapiens quam p. a. a. VT p (*sed dei om. p<sup>1</sup>*) capiens uel captans L Müller  
89 Prouolentem Peiper Prouolute auide P Prouolutatam (auide om.) VTp  
Prouoluunt nautae Riwin. porro uolutatam L Müller limosis faucibus Pp  
limosis mox faucibus VT hausit] hesit P 90 que om. V long-  
gum P percepit Pp properauit VT 91 uiro om. T uorauit umbra P  
(*uid. u. 92*)

- sternitur aequoris unda, resoluitur aetheris umbra;  
 hinc fluctus, illinc flatus redduntur amici,  
 securamque uiam placida signante carina  
 95 spumea caeruleo candent uestigia sulco.  
 nautae tunc dominum laeti uenerantur eique  
 sacrificant grates: fertur ratis et uates aluo:  
 [nauigat et uates alio susceptus Ionas]  
 nauigium fluctus secat, et sub fluctibus imis  
 100 Iona defertur anima spirante ferina.  
 conclusus neque tinctus aquis, maris intimus exter,  
 inter semesas carnes resolutaque putri  
 corpora digestu iam iam sua funera discens;  
 in signum sed enim domini quandoque futurum  
 105 non erat exitii, set caeli gloria factus.

92 umbra *hoc loco om. P* 93 rediuntur *V* 95 spumea *P* candida *VTp* caeruleo *PV* candent *P* florent *Tp* florente *V* 96 nautae *Pp* nauita *VT* tunc *Pp* tum *VT* dñm *P* domino *VTp* laeti *Pp* laetus *VT* uenerantur eique *P* uenerando timorem *VT* (*ubi timore*) *p* 97 sacrificant *Pp* sacrificat *VT* fertur ratis et uatis aluo *P* tum portus intrat amicos *VT* *neutrum habet p in quo lacuna est.* 98 totus uersus *deest P, habetur in VTp<sup>1</sup>* alios *V* 99 nauigium *P* nauigio *VTp* fluctum *p* secat et *P* que secat *VTp* 100 Iona defertur *P* uiscera uelificans *VTp* (uelificant *p?*) spirante] inspirata *p* 101 conclusuas *P* aquas *V* 102 semesas *Pp* semessas *VT* (semesses *V*) carnes *P* classes *VT* clases *p<sup>1</sup>* clades (*i. piscium cadauera*) *CBarth* 102 103 corpora putri Digestu *p* 103 corpore *T* iam iam sua *P* sua iam iam *VT* sua iam uel ua *p<sup>1</sup>* 104 insignium *V* futurum *P* futurus *VTp* 105 exitii *P* exitio *VTp* sed caeli gloria factus (*fatus P*) *Pp* fit mortis testis abactae *VT* *nihil ego deesse puto*

DE IONA EXPLICITVM. FINIT V  
 VERSVS EXPLICIT DE IONA <sup>dicti</sup> TERTVLIANI ELOQVENTISSIMI (dicti *al. ss.*) *T*  
*subscriptio deest Ip*

# CYPRIANI AD QVENDAM SENATOREM

EX CHRISTIANA RELIGIONE AD IDOLORUM SERVITVTEM  
CONVERSVM.

Cum te diuersis iterum uanisue uiderem  
inseruire sacris priscoque errore teneri,  
obstipui motus. quia carmina semper amasti.  
carmine respondens properaui scribere uersus,  
5 ut te corripere tenebras praeponere luci.  
quis patiatu enim te Matrem credere magnam  
posse deam dici rursusque putare colendam,  
cuius cultores infamia turpis inurit?  
namque sacerdotes tunicis muliebribus idem  
10 interius uitium cultu exteriore fatentur,  
idque licere putant, quod non licet; unde per urbem  
leniter incedunt mollita uoce loquentes,  
laxatosque tenent extenso pollice lumbos,  
et proprium mutant uulgato crimine sexum.

INCIPIVNT VERSVS BEATI CIPRIANI MARTYRIS CHRISTI *R*  
(*Vatican. Regin. 116 f. 114*).

VERSVS SCÏ CIPRIANI EPI ET MARTIRIS XPI (XPI om. *F*) *PF*  
(*P* = *Paris. 2772* *F* = *Paris. 2832* *F*<sup>2</sup> quae in contextu libri *F* aut ad  
marginem recens manus s. *XVII* mutauit).

AD—CONVERSVM ω (*RPF*) titulus uncialibus litt. scr. *F*,  
minutis *PR*?

1 te om. *R* (rec. ss.) uanis| uariis *r* (= *vulgata lectio*) 3 obstipui  
(*v al. ss.*) *F* motus| monitus *Pamel* attonitus *Riuin. an* mox et?  
9 tunicis mulieribus *P* idem| id est (ipsum *add. marg. rec.*) *F* 10 inter  
iusticiã (Interius uitium *marg. rec.*) *F* uitium| ritum *Iunius* interiore  
*Pamel* 11 Id///que (em *eras.*) *R* orbem *R* urbem *PF* 12 Leuiter  
*Riuin.* mellita *Pamel* 13 Laxatos *r* lapsatos *R* lassatos *PF* podice  
*corr. ex* pollice (*litt. ll transuersa lineola del., sinistrae marg. antiqua m.*  
*d add.*) *F* 14 Et proprie *R* Et proprium *PF* et *marg. R* rec. *m.*  
mutant om. *R* uulgato] mutato *R*<sup>1</sup>

- 15 cumque suos celebrant ritus, his esse diebus  
se castos memorant; ut, si tantum modo tunc sunt,  
ut perhibent casti, reliquo iam tempore quid sunt?  
sed quia coguntur saltim semel esse pudici,  
mente fremunt, lacerant corpus funduntque cruorem.
- 20 quale sacrum est, uero quod fertur nomine sanguis?  
nunc etiam didici. quod te non fecerit aetas,  
sed tua religio caluum. caligaque remota,  
gallica sit pedibus molli redimita papyro:  
res miranda satis deiectaque culmine summo.
- 25 si quis ab Isiaco consul procedat in orbem,  
risus orbis erit; quis te non rideat autem,  
qui fueris consul, nunc Isidis esse ministrum?  
quodque pudet primo, te non pudet esse secundo,  
ingeniumque tuum turpes damnare per hymnos,
- 30 respondente tibi uulgo et lacerante senatu;  
teque domo propria pictum cum fascibus ante,  
nunc quoque cum sistro faciem portare caninam.  
haec tua humilitas et humilitatis imago est!  
aedibus illa tuis semper monumenta manebunt.
- 35 Rumor et ad nostros peruenit publicus aures  
te dixisse: „Dea, erraui; ignosce, rediui.“

15 delebrant *P* 16 ut *R* at *PF* at *rec. corr.* *F*<sup>2</sup> 17 peribent *P*  
18 sed] at  *marg. rec.* *F*<sup>2</sup> saltim *R* sedtim *P* sed tunc *F* 21 didici *PF*  
uox erasa *R* dicis *v* 22 religio  $\omega$   *litt. io ca euanidae R* 23 cal-  
liga *P* papiro *RF* papire *P* 24 calmine *P* 25 isiaco *RP* yssiaco *F*  
isiacis *v* orbem  $\omega$  urbem *Pamel* 26 oris risus:  *sic marg. rec. corr.*  
 *litt. b a adpositis F*<sup>2</sup> orbis *Peiper* urbis *Hartel* oris  $\omega$  28 pudet  
primo] putet et primo (et  *antiq. n. del.*) *F* 29 turpes (r  *rec. ss.*) *R*  
ymnos *FP* 31 domo propria *R* domum (donum *P*) propriam *PF*  
ante *R* olim *PF* 32 nunc *R* num *PF* sinistra *R* canonam *P* 33 haec  
tua] haec non *Pamel* an haec *Hartel* et h. i. est  $\omega$  est h. imago  
*Hartel*, sed h. i. est *Pamel* haec tua non pietas est sed pietatis imago  
*Oxoniensis editor* Illane uera tuę et simplex abiectio mentis  *marg. rec. F*<sup>2</sup>  
 *Sinistra marg. humil' add. R* 34 Edibus  $\omega$  monumenta *R*<sup>1</sup>*P* moni-  
menta *R*<sup>2</sup> munumenta *F* 36 deis  *marg. rec. F*<sup>2</sup> ignoscere diui *PF*  
(ignoscite diui  *rec. uiri docti m. P*)

- dic mihi, si ualeas: cum talia saepe rogares  
 et ueniam peteres, quae tecum uerba locuta est?   
 uere mente cares, sequeris qui mente carentes,  
 40 haec iterum repetis nec te delinquere sentis:  
 quid mereare, uide, minus esses forte notandus,  
 si tantum hoc scires et in hoc errore maneres;  
 at cum uericolae penetraueris ostia legis  
 et tibi nosse deum paucis prouenerit annis,  
 45 cur linquenda tenes aut cur retinenda relinquis?  
 nilque colis, dum cuncta colis, nec corde retractas,  
 uera quid a falsis, quid ab umbris lumina distent,  
 philosophum fingis, cum te sententia mutet:  
 nam tibi si stomachum popularis mouerit ira,  
 50 et Iudaeus eris totusque incertus ageris.  
 Indulge dictis: sapientia non placet alta,  
 omne quod est nimium, contra cadit, unum operantur  
 et calor et frigus; sic hoc, sic illud adurit,  
 sic tenebrae uisum, sic sol contrarius aufert,  
 55 et pariter laedunt tepidum feruensque lauacrum,  
 esca alitur corpus, corpus corrumpitur esca,  
 uimque suam minuit, si quid protenditur ultra,  
 denique si sedeas, requies est magna laboris:  
 si multum sedeas, labor est: Maro namque poeta

37 dic] da P 39 mente // (m. exar.) R' quo uere, etc. m. H  
 carentis P 43 uericolae R' uerientiae H uericola uel iudicola R' 44 pro  
 ueniret R accesserit z in annis R 45 relinquenda R // linquenda (ra  
 eras, n. ss. rec.) R linquenda R' 46 nec corde retractas] nec opadere  
 tractas (r. rec. ss.) R 47 ad falsis (A. antiq. m. del.) R' ad umbris  
 (ad in ab corr. antiq. m.) R' distent R' distant R' R' 48 philosophum R'  
 filosofum P teque sophum rec. corr. R' 49 stomachum R' ira m  
 aura c 50 totusque] sic plane u. rec. R' ageris R' sicut "aberis  
 (pr. h. ss.) R aberis h. ss. rec.) R' abibus R' ueris Huxel. et dicitur  
 dicis R 53 Et calor et] Et calor R' et in ut al. corr. post et  
 spatium duorum litt. uacuum cum puncto ante R. R' adurit] R'  
 54 aufert P 55 laedunt m. tepidum; tepidum R' gelidum c. ss. etc.] a R'



- 60 pro poena posuit „sedet aeternumque sedebit  
 infelix Theseus.“ semper nocet utile longum :  
 prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant.  
 sic nimium sapere stultum facit. — „improba secta.  
 me dea sic docuit; „moderamen amabile“ dixit.“ —
- 65 sed tu nec sectam modo nec moderamina curas.  
 mens autem stabilis nullo peruertitur aestu,  
 ipsaque simplicitas numquam mala cogitat ulla.  
 hinc sincera fides aeterna sede fruetur,  
 et dolus e contra longo cruciabitur igni.
- 70 elige, quid uelis. ut digna piacula uites.  
 sic tamen hanc ueniam mereatur creditor. inquam :  
 ut leue crimen erit. si nolis noscere uera,  
 non leue crimen erit. si cognita uera relinquas.
- Sed te correctum forsán matura senectus
- 75 in melius reuocat satiatum erroribus istis ;  
 tempus enim mutat, mala digerit omnia tempus.  
 tunc igitur, cum te consulta reduxerit aetas,  
 disce deo seruare fidem, ne forte bis unum  
 incurras lapsum ; quia uere dicitur illud :
- 80 qui pedis offensi lapidem uitare secundo  
 nescit et incautus iterum uexauerit artus,  
 imputet ipse sibi nec casibus imputet ullis.  
 corrige delictum fidamine, corrige mentem,  
 sufficit peccare semel. desiste uereri :
- 85 non erit in culpa, quem paenitet ante fuisse.

60 pena *P uu.* 61—85 *habet R desunt in PF* 64 *Medea R*  
 65 *secta (sectã rec. corr.) R moderamine (e corr. rec. m.) R* 67 *uox*  
*cogitat rec. m. repetita in marg. R* 68 *sede] fide R corr. Riwin.*  
 69 *dolus e contra] dolosa contra R* 70 *uelis] uelles Baluzius cupias*  
*uel quale uelis Riwin.* 71 *inquam] numquam Hartel* 78 *deo] do*  
*(rec. dõ corr.) R* 82 *ullis] illis R* 83 *fidumine Iunius, an funda-*  
 mine? 84 *sufficit (fi in fe corr. rec. m.) R uereri] reuerti Riwin.*

.C. Cypriani uersus aduersus quendam senatorem expliç. *R*

## S. HILARII IN GENESIN

AD LEONEM PAPAM.

Paruimus monitis tua dulcia iussa secuti,  
antistes Christi, quae dabas ore pio.  
an ego non canerem tanti praeconia patris,  
munus opusque dei dum mihi lingua foret?  
5 rauca quidem stridens et nullis digna coturnis.  
ingeniumque iacens: sed libet alta loqui.

Dignum opus et iustum semper tibi dicere grates.  
omnipotens mundi genitor, quo principe cuncta  
natalem sumpsere diem atque exorta repente  
10 post tenebras stupidi spectarunt lumina caeli:  
gens hominum pecudesque ferae milleque uolucres  
et quae per liquidos discurrunt agmina campos,  
omnia per temet, ex te, qui maxima condis:  
ex te nata, pater; nec patris est pater alter:  
15 tu caput es capiti, primi tu fontis origo,  
primus apex rerum, primus sator, omnia condens:  
nec tamen ex alio ducis genus: ipse perennis

In nomine domini nostri iesu christi incipit metrum sancti hilarii  
pectauensis episcopi in *ge. n. si.* ad leonem papam *B* (*Laudum. 273*),  
*titulus cum uu. 1—131 interit in A* (*Laudum. 279*) Hilarii pictauiensis  
Episcopi genesis: ad Leonem papam *m* (*Morelii ed. Paris. a. 1560*)  
*b = Basiliense exemplar a. 1570, cuius lectiones Ioh. Weitzius exscripsit,*  
*f = G. Fabricius, littera p meas indicaui correcturas.*

2 antestis *B* dabas *Bb* dabat-*m* 3 non]nunc *Bb* 5 strident *f*  
coturnis] coronis *m* 6 iacet *f* 7 iustum est *m* 9 adque *B* reperte *B*  
10 stupido—caelo *B* corr. *p* lumine *B* 11 mille adque *m* pictaeque *f*  
13 temet] te sunt *f* ex te] per te *m* 14 nata *m* nate *Bb* nec iam  
patris *m* 15 caput es *m* capitis *B* capiti primi tu] primique caput  
tu *m*

- spiritus. antiquo uiuens per saecula motu.  
semper eris. quia semper eras: non mortis egenus,  
20 qui natalis inops nec finem noueris aeuī.  
ex se principium cui contigit. haut manet alter  
auctorem casus: nascentia terminus urget.  
omnia cum tegeter nigrum chaos altaque moles  
desuper urgeret informis corpora mundi  
25 et caliganti premeret serotina morte.  
nec species nec forma foret. deus intus agebas  
corporibus tectis mixtus. secreta potestas.  
iam tum disponens nascentia moenia mundi  
et uarias rerum facies animasque futuras.  
30 utque caput uicta prompsisti caligine noctis.  
sublimem attollens uultum sensere tenebrae.  
mox dominus rerum somnos discussit inertes,  
pigraque materies trepidauit nomine pulsa  
commotaque simul maturo conscia partu.  
35 scinditur ingentis cumuli per plurima corpus  
membra. locosque simul metantur semina iussu,  
et confusa simul descendunt uiscera molis.  
sectaque per partes formas spectantia frustra  
iam calor intus alit et blando suscitatur igni.  
40 Ac primum caeli pansus liber, omnia mundi  
conplectens spatia. celso suspenditur orbe:  
terra grauis pigro descendit pondere ad imum  
ac, semet defixa, salo fundata resedit.  
esset ut spatium uacuae regionis apertum.

20 nouerit *Bb corr. m* 21 ex te *m* haut *B<sup>1</sup>* haud *B<sup>2</sup>* 25 et  
atque *m* premerent *m* 28 tum disponens *B* tumidis ponens *b* tumidi  
ponens *m* 30 prompsisti *B* prompsit ipse *m* prompsit (*om.* ipse) *f*  
31 tenebras *B corr. m* 33 nomine *bm* numine *B* momine *Weitz.*  
34 Motaque *B corr. m* Et commota *f* maturo] natura *m* 36 locus *Bb*  
*corr. m* 37 et confusa simul] et confusa prius *Weitz.* (*ex b?*) et iam  
confusae *m* 38 formēs *B* frustra *m* 40 passus *m* 41 compl.] *B*  
spacio *m* 43 scelo *B* 44 essetque ut *m* aperto *Bb corr. m* apertae  
*Coustant.*

- 45 qua tener incedens mortalia pasceret aether.  
 quoue exire patris possent tot munera rerum,  
 ortaue ferrentur nullo per inane labore.  
 diffusae coguntur aquae: mox limine certo  
 liquuntur maria nec finem transilit unda.
- 50 Tunc oritur lux alma. dies quae iussa uocari  
 nascentem tenero perfudit lumine mundum.  
 munus opusque tuum prodens. tua maxima dona,  
 condere quae genitor patria pietate parabas.  
 utque hominum sollers posset clarescere uita.
- 55 artibus aetheriis quae totas ducere luces  
 gaudet et ingenium diuersa laude fatigat.  
 insequitur nox atra diem densaeque tenebrae.  
 corporibus somnos quae ferrent, otia fessis.  
 et cunctis unam faciem similemque figuram.
- 60 namque dies uarie rerum discriminat ora  
 et dat cuique suum disiecta nocte colorem:  
 instigat animos opera ad maiora calentes.  
 exacuens uariis mortalia pectora curis.  
 quo mage forma dies uitae. nox mortis imago est.
- 65 Tunc condens pater astra polo ac lumina didens,  
 sidera distinguens uariis pertecta figuris.  
 lucifer exurgit roseus et fulgidus ore  
 uesper; puniceos spargit Aurora capillos.  
 Anguis agit sudum, inportant Pliades imbres.
- 70 sunt Iuga, sunt Plaustra, gemmantes flore Coronae

62—Mico: Instigat—calentes. Alchimus.

46 quoque *Constant.* 47 post u. 48, sed ordine statim correcto, *B*  
 laborum *B* corr. *m* 48 limite *Constant.* 49 linquuntur *m.* ac finem  
 non t. u. *m* 50 alma ex celma *B* 53 parabat *b* 54 solers *m*  
 55 aetheris *m* 60 uarie *bm* uaria *B* uarias-oras *Weitz.* 62 instigat-  
 que *m* que *om.* *B* *Mico.* opera *Mico* *m* opere *B* 64 est *om.* *m*  
 65 polo ac lumine uidens *Bb* corr. *p* polos quoque l. donans *m* (polos  
 ac *Weitz.*) 66 distinguens *Bb* distinguit *m* pertexta *Weitz.* per tecta  
*Constant.* 67 exurgit *m* roseusque *m* 68 spargitque *m* 69 inpor-  
 tant *B* ast inportant *m* Pleiades *m* 70 plaustra et *m* coronas *B*

- signaque bis senis annum uoluentia formis,  
 multaue praeterea celsae domus ornamenta,  
 quis saeculum fulcit signis et regia summi  
 picta parens uaria stellarum luce coruscat.  
 75 sed soli lux maior inest, quem munere largo  
 excultum. genitor, pleno dignaris honore.  
 igneus ille iubar praecelso uertice tollit;  
 ore rubeas patulo, caeli per moenia fertur  
 astrorum ductor. mundi uigor atque elementa.  
 80 ecce aliud mirum, mirum decus o, noua cursum  
 mutat luna suum; quos perdit colligit ignes  
 cornuaque extinguens perturbat lumine frontem;  
 mox tamen ardescit completo circulus orbe,  
 noctilucum lumen pascit sata sidera luce:  
 85 haec tamen, aeterno quae uoluit machina aethrae,  
 non tantum pictura poli est, nec celsa uoluntas:  
 mens ratioque subest et rebus utilis ordo.  
 hinc doctrina uenit terris, hinc denique cunctis  
 consilium agricolis et qui maria alta pererrant,  
 90 ut, se quaque ferant, luces praedicere possint,  
 uenturos norint imbres siccumque serenum,  
 tempore quo tauros campis inducat arator  
 et dubium temptet securus nauita pontum.  
 Instructos ignes caelo, pater optime, terras  
 95 excolere adgrederis et munere donas opimo  
 regna hominum pecudumque larem requiemque uolucrum  
 planescunt campi, colles tumor arduus effert.

72 ornamenta domus sunt *m*    73 queis *m*    fulcis *m*    fulsit *Weitz.*  
 summa *m*    74 parens *Bbm*    patens *f*    79 adque *B*    elementi *f*  
 80 o *B*    en *m*    noua cursum omnia *B*    81 et quos *f*    limite *m*    83 ar-  
 descet *B*    completo] *B*    84 lumen aeter noque pascit (*sed media uerba*  
*pr. m. del.) B*    85 Haec *B Weitz.*    Nec *bm*    aeter noque *B*    machina  
 uoluitur *m*    aethrae *p*    etre *B*    aethre *b*    aethere *m*    axe *f*    86 nec c. u.  
 sed celsa uolanti *CBarth.*    87 utilis *Bb*    commodus *m*    90 quaque *m*  
 quaeque *B*    93 tentet *m*    94 ignibus instructo *m*    95 aggrederis *m*  
 donas et munere *m*

subsidunt ualles. florentia prata uirescunt  
 saxaque durantur, pinguis se gleba resoluit,  
 100 rumpuntur fontes, fluuiis genus arduum unde est;  
 herbarum uaria consurgunt gramina campis.

Iamque seges tenera fructum fundebat arista.  
 cum iuga nulla forent nec uomis nullus aratro.  
 mugiret nullus proscissis taurus in aruis.  
 105 ecce etiam uitis madido iam plena racemo,  
 expers falcis adhuc et duri nescia ferri,  
 pampineas celsis texebat collibus umbras.  
 diuersa exoritur uariarum forma ferarum,  
 quadripedes animae nec non repentina terris  
 110 nascuntur, pictis uolucres per nubila pinnis.

His ubi perfectis genitor iam diuite mundo  
 cuncta uidet curam magni deposcere regis,  
 qui mare, qui terras atque omnia nata gubernet.  
 quique altum spectet caelum laudetque potenter  
 115 munera magna dei, ne sint haec condita frustra:  
 tunc „Faciamus, ais. hominem.“ dic. optime. cum quo  
 conloqueris? clarum est: iam tum tibi filius alto  
 adsidet in solio et terras spectat amicas.  
 sed „Faciamus, ais, hominem, cui uultus imago  
 120 noster erit, manibusque meis procedat in aeuum.“  
 inde. opifex rerum, adsumis mollia terrae  
 atque uirum formas, cuius de costa cupido  
 fit mulier uultu: mulier de costa uiri fit,

<sup>1</sup>  
 99 g eba B 100 fl. genus arduum u. e. Bb fl. cunctis genus u. e. m  
 cunctis genus amnibus u. e. f 101 uariis m 103 uomis B uomer m  
 ullus Weitz. (b?) aratro: incerta o litt. B aratri m 106 expres B  
 108 ferarum: f ex m corr. B 109 quadrupes m 110 pennis m  
 111 perfectis: is ex as corr. B 112 magni curam m 113 adque B  
 corr. m quique f gubernat b 114 potentis m 116 ais B eis b ait m  
 quocum uel quicum Weitz. 117 Conloqueris B Non loqueris b Nunc  
 loqueris m 118 respectat m exspectat (i. spectat) Coustant. 119 cui m  
 cuius B 121 adsumis tibi mollia m 122 formans B corr. m de B  
 mox m cupido B corr. m 123 de B nam m

- quo mage cara uiro et lateri sit coniugis apta.  
 125 o felix animal. summi cui dextra tonantis  
 est pater; o felix nimium. qui ducis olympto  
 et genus et formam: si te non noxia terrae  
 decipiant uitia nec blandus subruat error.  
 numen eris caeloque redux mirabere regna,  
 130 quae promissa bonis fido pater exhibet ore.  
 nam tibi multa deus nascenti contulit ultro:  
 aetheriam primum faciem uultumque paternum  
 incessumque pedum rectum. sublimia colla,  
 ne qua mora in caelum oculis spectantibus esset;  
 135 tunc alacres promptasque manus uitaeque ministras,  
 atque domum diuae pectus rationis et alti  
 sedem consilii. facundae uocis honorem.  
 haec soli concessa homini: nam cetera mutum  
 et pecus obtinuit. uentrem. praecordia, neruos.  
 140 uenarum riuos et sparsum corpore sanguem,  
 <et> iusti laeuique simul sensusque doloris.  
 tu uero. omnipotens, priuato munere largus  
 erga hominem manibusque tuis operisque fauore  
 inpendens, patria pignus pietate colendo,  
 145 ne quid diuinis modo desit uultibus, ignem  
 aetheris inspiras et sacrae mentis opimam  
 indulges partem permixtus corpore toto.  
 hinc meminisse licet ueterum. praesentia nosse

124 chara *m* lateri; *B* 128 nec] et non *m* 132—137 *initia tantum et exitus uersuum adparent, intermedia abrepta sunt A* 132 aetheream *m* faciem primum *m* 133 sublim *a B* 134 coelos *m* ex pectantibus *B* . . spectantibus *A* 135 manus *Ab* manꝝ (*i. manum*) *B* 136 adque *B* (*non A*) domumum *B* 137 facundae *p B* teste *Quesnellio* fecundae *B*, in *A* lacuna est, fundendae *m* 138 mutum *CBarth.* motu *ABb* motum *m* 139 et *p* est *Alb* ut *m* 140 Venarum: a *ex e B* sanguem *B* sanguē (*et marg.* Nota sanguē) *A* sanguen *m* 141 Et iusti *p* iusti *B* Iustę *A* Iuste *b* leui *ABb* Laetitiaque sinus duri *m* (*in cod. Sti Victoris sic al. add.*) doloris *bm* dolores *AB* 144 inpendens] *AB* 146 et] set *AB* 147 permiscens *m* toto *b* totam *ABm* 148 Hinc *p cum CBarthio et Weitzio* Tunc *m* Lune *A* Lunę *B* Et *b?* praesentia menti *b*

- hinc datur atque animae fas est uentura uidere;  
 150 hinc loquimur canimusque deum, hinc sidera cuncta,  
 terrarumque uiget cultus, pontusque mouetur;  
 hinc artes nomenque, pudor, prudentia, iustum;  
 hinc animae surgunt fortes, hinc pergit honestum  
 et uia quae ducit castos ad limina caeli.
- 155 Ergo hominem pleno perfectum munere terris  
 praeponis, genitor, et rerum tradis habenas:  
 cuncta habeat subdatque sibi, uice sit genitoris:  
 telluris dominus, famulus tuus, omnia mundi  
 possideat, tantum domino tibi seruiat uni.
- 160 Postquam primus homo uetito se pascere ligno  
 non timuit captusque dolis se praebuit angui,  
 stat reus, et nudus deiecto lumine uestem  
 inplorans dominumque fugit uultumque recondit.  
 culpa comes sequitur, peccato obnoxia uita
- 165 debilitat uires, caelo uenientia dona,  
 aethere demissus paulatim deficit ignis.  
 frigore peccati torpentia corda rigescunt:  
 cura cibi uentrisque subit et cura tegendi  
 corporis, et sacrum subeunt mortalia pectus.
- 170 Nascitur hinc proles peccati, germinat inde  
 deterior multo suboles, peiorque priori  
 progenies sequitur, gradibus ad crimina crescens,  
 crimina quae stimulis acuunt dementia corda

149 adque *B* 150 hinc quoque sidera *m* cuncta *B* 151 potus *B*  
 153 animi *m* 154 et uia] uirtus *m* 156 et rerum] rerum cui *m*  
 157—165 sinistra pars uersuum obrepta *A* 157 uice sit genitoris uel  
 uice sitque regentis haesitans scripsi *p* uices & q: erog&u AB fieret  
 que b uiuatque perennis (ex Victorini secundis curis) *m* fiatque perennis  
 Weitz 159 possideat *B* 160 uetitu AB pasceret *A* parceret *B*  
 161 agui *A* 162 ues/tem *B* 163 inplorans] *B* fuit *B* 164 culpas AB  
 165 uires] uirus (i. ut uirus) CBarth 166 paulatim *B* 168 subit et]  
 subibat *m* 170 geminat AB 171 multa *A* soboles multo *m* prior  
 est *B* (non *A*) 172 ad] per *m*



- teque. pater. uariis armant terroribus ultro.  
 175 Tum primum uenti coepere incumbere terris,  
 intempestius descendere nubibus imber:  
 fulmina tum primum caelo deiecta sereno.  
 horrida tum grando turbatos uerberat agros.  
 tonitrua altisono infractus murmurat aether.  
 180 nec tamen ista malos reuocant: furor impius orbem  
 obsidet et laxis rabies defertur habenis.  
 bella placent caedesque simul. periuria. fraudes.  
 mentirique libet. rapere est amor. abdere furta;  
 nulla fides populis. nulla est iam ueritas usquam.  
 185 Diluuiο abluitur terrarum crimen et undis,  
 uirque unus residet generis populiue refector.  
 189 atque unus. multi per quem data luce renati:  
 187 arca tegit paucos. castrorum semina seruans.  
 iam tum uenturi facies monstrata lauacri.  
 190 susceptos fido seruans ecclesia partu.  
 Postquam diluuii cecidit tumor, unda resedit,  
 ales paciferae folium portauit oliuae.  
 iam siccis reuolans pinnis dedit omina pacis.  
 Tum populus surgit melior. tum purior undis  
 195 gens hominum. magnos terris paritura nepotes.  
 inde sacerdotis in caelum dedita corda.

174 armante proribus ultro *AB corr. p armant ceteris omissis b m, in Victorino sec. m. ad fulmina factis aduicitur*; armant punire periclis *f*  
 175 uenti coepere *p* uenit opere *ABb* uenienti operas *m* mala coeperunt *f*  
 176 descendere *ABb* descendit *m* nubis *B* ymber *AB* 179 Et  
 tonitrua *AB* Et tonitru *m* Et *del. p* contractus *m* 180 orbe *AB*  
 181 obsidet *AB* 182 cedet *AB* simul// *B* 184 umquam *A* usquam *B*  
 usquam *m* nulla est reuerentia ueri *f* 186 uirque et unus *B*  
 189 ante 187 et 188 *posui p* 189 adque *B* multi *p* cum *CBarthio*  
 multis *ABm* 188 iam tum] iam iam *m* 190 susceptos *A* susceptor *B*  
 fido *B* fidos *A* ecclesia *B* sed septos seruans ecclesia partim *m* sed  
 septos seruans ecclesia parua tenetur *f* 191 unda] et unda *A* et  
 undē *B* 192 alis *AB* 193 pennis *m* omina *B<sup>2</sup>m* omnia *AB<sup>2</sup>b*  
 194 melior] maior *f* *uu.* 197—203 *initia tantum restant A*

hinc inter flammās pueri cantare parati.  
 et puer. inpasti quem non tetigere leones.  
 tum reges cecinere deum. tum uera prophetis  
 200 ora sonant caeli subole splendentia terris.  
 quamuis cuncta deo seruirent crimine uicto.  
 attamen antiqui etiamnum gutta ueneni  
 spargebat populos et erant uestigia fraudis.  
 quae bonus ablueret doctor melioribus undis.

197 flam//inas (*postea mas ex inas corr.*) *B* 198 inpasti] *AB*  
 199 profe/tis *B* 200 sobole *m* 202 antiqui *Bb* antiquos *m* etiam  
 nunc *m* post 204 *sequitur* Proba de Aeptatico *AB*

## HILARII DE MARTYRIO MACCABAEORVM.

Maccab. II Rex fuit Antiochus Syriae ditissimus olim,  
6 et 7 in cuius regno mater natiq̄ue fuerunt  
septem, ut fama refert, de sancta gente creati,  
quos cura adsidue generis meminisse iubebat  
5 et legi seruire datae: sic namque uolentes  
de populo meliore dei sua iura tenebant.  
rex audius mutare fidem, mutare timorem  
iustorum uoluit. populo ut misceret iniquo.  
praemia promittit matri. promittit et auri,  
10 et quidquid posset toto conquirere regno,  
si modo mutaret mores sensusque priores,  
cogeret et natos alios sibi fingere mores.  
illa negat tacitumque premit sub corde dolorem.  
15 hanc postquam nulla potuit compellere praeda,  
temptauit primum tormentis uincere saeuus;  
pertulit illa graues gemitus et tristia regis  
uerbera non timuit. uictum ut se uidit at ille:  
„Heu, quid agam,“ dixit, „uincis quod femina regem?  
non tamen effugies: plus est, quod dura dolebis.

INCIPIIT HYLARII DE MARTYRIO MACHABEORVM P (Paris 2772)

Incipiunt uersus hilarii in natalem Machabaeorum mrr. B (Paris. 8093 cuius selectas aliquot lectiones Beck exscripsit)

INĈ V̄ HILARII DE MARTIRIO MĈ L (Leidensis Q 15)

Sancti Hilarii uersus in natali Machabeorum martyrum f (Floriacensis) inscr. om. C (Corbeiensis, cuius selectas tantum hoc loco exhibeo lectiones, cum Sichardiano exemplari conlatum infra dabo)

1 antiochus sirię L 3 sca de gte L 4 assidue PL adsidui C egregii f  
uidebat f 9 et auri P et aurum Lf et illis C 10 quicquid libri con-  
quirere] contingere L 14 nullis Lf potuit nullis L compellere] corrumpere Lf  
preda C praedo P uerbis Lf 15 temptauit C 16 p̄t̄t̄t̄ C

- 20 in natos saeuibo tuos; licet improba perstes,  
 hac certe ratione meum sanabo dolorem.“  
 sustulit illa manus caelumque adspexit in altum;  
 emisit gemitus et talia uerba locuta est:  
 „Tu licet et gazas tradas et regna, tyranne,  
 25 non capimur regum donis, nec munera sanctis  
 eripient promissa dei. spes certior illa est,  
 quae uitam nobis promittit tempore longo:  
 hanc sequor. hanc didici, non lubrica tangere dona;  
 sumere diuitias facile est et perdere uitam.  
 30 sed licet et flammam post uerbera saeua mineris,  
 nil mutare potes, quod primis coepimus annis.  
 uirtute id cum lege data mihi uincere certum est.  
 quid nunc, saeue. iubes? natis quid, dure, minaris?  
 hoc solo poteris matrem turbare dolore.  
 35 est mihi namque deus spes; est mihi cura meorum,  
 per quam spero equidem te nullum uincere posse.  
 caeli, quaeso. faue numen, quia iusta rogamus.“  
 rex fuit Antiochus, turbatus corda tumultu  
 concutit et saeuos testatur lumine uultus,  
 40 miraturque diu, possit quod femina tantum.  
 „Pare, age, miles!“ ait; „regi quoque pare, minister!  
 uos famuli parete mihi! date digna furenti  
 femineo tormenta malo; seruire furentem  
 femina me cogit: quod plus est, femina uincit  
 45 regis iussa sui! sed non inpune locuta est:

20 improba] *C* pertes *P* 21 ratione meum: *m al. in ras. P* satiabo *f*  
 22 sustulit *C* aspexit *ω* 23 loquta *P* 24 ga'zas (*z ante z eraso*) *P*  
 tiranne *L* 27 t'mpore *P* 28 non *CP* nam *Lf* lubrica] lubsicit *B*  
 30 uerbera *C P pr. m. in marg., uulnera FLf* 31 potes *Pf* potest *CL*  
 annis *ex armis ut uid. P* 32 mihi] *ni L* 33 quid post natis] quod *CB*  
 dire *L* 35 . . pes *B* 36 tep' ullum (*n rec. ss.*) *P* 37 quaeso] tu *f*  
 num *L* quia] id quia *f* 38 antiochus *L* 39 Non tulit *f* 41 pareo  
 gemiles *P* 42 furenti: *i ex e pr. P* 43 seruire] secure *L* saeuire *f*  
 45 iura *L* suis et *C* inpune] *C*

membratim perdam septem quot perfida natos  
 intra se retinet: quorum qui primus habetur,  
 hic primus pereat; perdas sic ordine cunctos,  
 cratibus inpositos subiectis urere flammis  
 50 cernat ut ipsa suos mater nunc aspera natos.  
 poena autem manet haec; celeres decet esse ministros.“

Interea fecunda parens iam crine soluto  
 stabat et, hortanti similis, iam pectore nudo  
 ubera protendens, natorum alimenta suorum,  
 55 non confusa aperit, natumque ut uidit ad ignem  
 constantique gradu fortem procedere, dixit:

„Tu mea progenies, tu primus respice matrem.  
 tu certe meus es: nunc nostri, nate, memento!  
 te primum peperit, tu nunc imitare parentem:

60 sume meos mores et regem uince tacendo.  
 tu poteris durare diu, si tempora uinces;  
 perfida ne superet sanctos uiolentia regis,  
 utere consilio matris, nec damna timebis.

fortior esto aere saxoque potentior ipso;  
 65 ingredere ut iuuenis, patienter uince dolores.“

Ille modo ad matrem uultus, modo tollit in altum,  
 dumque tacet tacitusque rogat, quem debet, et orat,  
 non sensit rapidos subiectis cratibus ignes.  
 corpus inane fluit; mater gauisa dolore est.

70 et dixit: „Vici: uincam sic saepius, oro;  
 duret natorum uirtus incognita regi,  
 sed iam nota deo, populi qui pectora nouit.“

Finierat primi partus fecunda dolorem,

46 quot *p* quod *P* quos *Lf* nam *C* 48 perdas] perdat *C* perdam *f*  
*uu.* 49 et 50 desunt *f* 49 inpositos] *C* subiectos *CB* urere *P*  
 50 ipsas nos *C* 52 foecunda *P* 54 protendens *Cf* potendens *P*  
 portendens *LB* 59 tu nunc] tunc *B* nunc nunc *f* 60 summe *P*  
 61 tempora: e *rec. m. ss. P* 64 soxo *P* 67 et orat] timetque *f*  
 68 consensit *B* conscendit *f* 69 gauisa *C* grauis a (*r recentissima m.*  
*deletum*) *P* grauis ipsa resultat *Lf* 70 uincam] inuicta *f* 73 foecundâ *P*  
 dolorem *CPL* laborem *f*

- 75 sed remanente metu pro pluribus anxia mater;  
dissimulatque tamen, ne regem gaudia tangant.  
rex stupet Antiochus nec credit posse sequentes  
poenae tale genus simili peruincere sensu.  
coepta iubet peragi; mater non territa mansit;  
sed tamen ut uidit pallentem adsistere natum.
- 80 haec secum uoluens aliqua iam parte leuatur:  
„Ecce secunda mihi partus producitur aetas:  
quam similis fratris formae! si pectore duras  
et sequeris primi partus uestigia nostri,  
esse meus poteris; poteris reparare salutem,
- 85 quam iam frater habet, matris praecepta secutus.  
pone metus, regisque minas contemne furentes  
regnaque, quis cursim labentia tempora dantur.  
non poterit post ista tibi rex iste nocere;  
sed poteris post haec tu regi, nate, nocere.
- 90 temporis ecce leuis conscendere cogeris ignes!  
uirtutis locus est: languentem pone timorem;  
esto memor nostri generis, si sensus inhaeret.  
hic qui sceptrum tenet, regno qui saeuit, in isto  
tempus inane agitat regno, uitaque carebit
- 95 damnatusque nocens aeternos sentiet ignes:  
tu securus eris, turba comitante piorum.  
aspice nate meos uultus et suspice caelum  
auctoremque deum, per quem tibi uita paratur.  
fac melius, fratrisque tui uestigia calca:
- 100 non quod iste iubet, sed quod deus imperat, audi.“  
sicut erat monitus matrem caelumque uidere.

74 sed manente *L* 76 antiochus *L* credit *PIf* redit *B* credat *C*  
posse *C* idem in *P* rec. ss., ipse *PBf* forte *L* 77 sensui *pr. ss. L* 78 per-  
agit *P* 79 adsistere] *C* 81 scda *L* quam] *qa B* 84 reperire *f*  
85 precepta *CP* 86 contempne *CL* u. 89 deest *C* nate *L* 91 Sed  
uirtute opus est *f* 92 Sume mores nostri (i. Si memor es n.) *C*  
Esto memor nostri *ceteri* 94 mane *B* agitat *P* cogit *C* putat *Lf*  
uita regnoque *L* 96 priorum *B* 97 aspice *ω* meus *L* 99 fac *PL*  
hac *CBf* melior *C* 100 non] *neue f*

- constitit atque hilari uultu contemnere regem  
 coepit et. ut ridens, ardentem inruit ignem  
 conlapsusque iacens anima superante quieuit.
- 105 mater ut hoc uidit, rigido sic ore locuta est:  
 „Felix parte aliqua sum: iam iam non potes omnes,  
 saeuere tyranne, meos cruciando uincere natos.  
 te grauior mox poena manet, crudelis, inique;  
 quam pati breui; deus haec namque omnia cernit.“
- 110 Iam duo securi contempto rege manebant,  
 spes melior iam matris erat: iam tertius instat  
 ecce locus poenae: si poena est uincere regem,  
 et seruire deo: laus est, non poena furentis.  
 tertius adtrahitur iuuenis frendente tyranno,
- 115 qui nondum satiatum erat; furor intus et ira  
 saeuibant pariter, quod fortia pectora fratrum  
 uiderat inpauide regis superasse furorem.  
 constitit ante pedes iuuenis florentibus annis,  
 egregius forma, dignus qui regna teneret,
- 120 dignior Antiocho, et sic meliora secutus  
 regna, uolente deo, mater cui talia fatur:  
 „Accipe, nate, tuae securus dicta parentis;  
 accipe, ne segnis perdas uirtutis honores.  
 sunt tibi iam fratres pietatis sede manentes.
- 125 iam meliore loco, quam regna labentia regis.  
 quorum si proprios attingis pectore sensus,  
 uictor apud populos regem superasse fereris.  
 sicut fama tuos iam misit in omnia fratres.  
 his accede, precor; sunt haec aptissima dona

102 contemnere *CL* 103 inru t] *CP* 106 sum iam iam] iam **sum**  
 iam *f* potis *f* 107 cremando *f* 108 te] et *L* pena *P* 109 breue *P*  
 deus] dicitur *P* namque haec *f* 112 si p̄aenē *L* 114 adtrahitur] *Cf*  
 tyranno *L* 117 inpauide] *CPL* 120 antioco *C* antioco *L* anthicho *P*  
 et sic] uerum *f* 123 ne] nec *f* signis *C* segnis *ex* segnes (*pr. corr?*) *P*  
 124 fratris *B* 125 iam] item *B* labentia *PLf* dabentia *C* labantia  
*Beck* Tuque loco meliori q. l. regna *f* 126 si *C* tu *Lf om.* *P* attingas *L*  
 127 fereris *P* ferentes *f* 128 fama: fa *ex fo pr. corr.* *P* fratris *B*

- 130 contempsisse nefas et iura relinquere regis  
indomiti, quem nulla manet post ista uoluptas.  
at iuuenis tacito mittebat murmure uoces;  
oranti similis palmas tendebat in altum  
subnixoque genu matris pendebat in ore,  
135 qua licet adspectu corpus cui turba premebat.  
qui simul admonitus craterem conscendit, in igne  
intrepidus certaue fide sua membra locauit.  
conciderunt flammae tepida remanente fauilla  
corpusque inlaesum tellus adaperata recepit,  
140 sancta quoque ad superos anima inuiolata recessit.  
at mater dubitans, gemitus an gaudia sumat,  
haesitat et querulo sic est sermone locuta:  
„Quid nunc, dire, paras? iussis parebimus omnes.  
sed numera partus, custos ne subtrahat ullum!  
145 ac, licet ipse uelis, non sum passura, tyranne,  
ut non isto omnes pereant certamine nati.  
temporis ista tui, mutes licet, horrida poena est  
duraque damnatis eadem sententia natis.  
si grauiora putas, si sunt grauiora, minare!  
150 quodque meos cernis uultus, horrore teneris?  
gaudemus pariter, quotiens decernis in istos.“  
Ardet at ipse magis rabida rex concitus ira  
temptarique putat, ne, sicut cetera fratrum  
turba, ferat poenas, matremque hoc quaerere sentit.  
155 durat in exitium, quartumque addicere natum  
poenae mox uoluit; lassati namque ministri  
nec regis furias, nec regem ferre ualebant.

134 in] in *L* ab *f* 135 qua *CP* quam *L* cui *f* aspectu *P* aspectum *C*  
aspectus *Lf* cui turba *PL* quia turba *C* non ipsa *f* 136 ammonitus *CL*  
igne *L* 137 intrepidus *f* membra *P* 138 conciderunt *P* considerant *C*  
conduntur *Lf* flamine tepida r. familia *f* 139 inlaesum] *CP* recepit]  
reliquit *L* 140 recessit *P* 141 gaudia (au pr. ss.) *P* 144 numero *Bf*  
145 tyranne *L* 149 minari *C* 151 desaeuis *f* 152 at] ad *P* ipsae *B*  
154 ferant *f* querere *CPf* 155 addicere *PLf* adducere *C* 156 poene *P*  
poenę *Lf* pene *C* 157 regis] regi *P*



- pro pudor! erubuit uultus ostendere matri  
 natus et attonita mente confundere coepit.
- 160 hunc postquam stantem submisso lumine uidit,  
 talibus adgreditur dictis monitura timentem:  
 „Quartus es a primo partus mihi, quartus et infans.  
 quae nunc uerba tibi, quae possum dicere, nate,  
 hoc nisi, quod solum durata potentia tecum
- 165 sit simul et uirtus sanctaeque <et> originis auctor?  
 illi debemus, regi quodcumque negamus;  
 ille dedit nobis Abraham cum semine sancto,  
 per quem nobilitas, per quem genus omne probatur,  
 quod manet in domino sanctum; quia nascitur Isac
- 170 tunc, cum iam nullum natum sperare senectus  
 sponte sua poterat. sterilis quia Sarra manebat.  
 illa tamen peperit, generisque propagine coepta  
 ex insperato remanent tibi, Sarra, nepotes.  
 Esau et patria deductus origine Iacob,
- 175 quos scimus partu geminos peperisse Rebeccam.  
 hinc sumus, hinc morimur; genus hoc tibi, nate, pe-  
 tendum est.  
 tu tibi pande uiam genitori[que] ac cede priorum,  
 quorum progenies totum dispersa per orbem  
 inuidiam patitur, dominum quia sola potentem
- 180 mente colit, mixta nec turbae accedit iniquae.  
 quid tibi cum tristi uultu? quid lumina terra  
 fixa tenes? caelum potius caelique parentem  
 conspice! ne dubita, mater tibi prospera monstrat.

159 attonita *CLBf* attonitam *P* coepit confundere mente *L* 160 sum-  
 misso *CL* 161 adgreditur] *CL* 162 a primo] a trino *f* 164 dura<sup>m</sup> *L*  
 165 et *add. p om. libri* orig. auctor] propaganis ortum *f* 168 Per  
 quam *P* 169 qui nascitur Isac *desunt spatio relicto L* quia *p* qui *C*  
 cum *f* enim *PB* isaac *C* illi *f* 170 tunc *CLb* tum *P* 172 ille *L*  
 tamen] que cum *f* cepta *P* septa *f* 173 ex insperate *L* 175 quos-  
 cimus *L* 176 hinc morimur *PLf* hinc corimur *C* hinc orimur *Sichardus*  
 177 genitori *PLf* generis *C* que *om. f* accede *ω corr. p* 180 mixta *PLf*  
 mixte *C* 181 terra *p* terrae *Cf* terram *PLB* 183 dubites *f* mostrat *P*

- quidquid inest. patienter adi; comitare ualenter  
 185 turbam. nate, meam numerumque hortare sequentem.\*  
 sic dilecta parens. luctus et gaudia miscens,  
 finierat claros monitus: tum luminis orbes  
 ipse leuat matremque oculis intendere coepit.  
 nil iam triste gerens habitu uultuque fatetur  
 190 se timuisse nihil nisi tristia uulnera matris  
 per partus diuisa suos. sicque ipse tenentum  
 elapsus manibus cursu contendit in ignes.  
 mira loquar: non flamma comas. non contigit ora;  
 corpus ut exanimum flammam superarat et ignes,  
 195 ore patente, tamen tacito, qua spiritus iret,  
 unde acceptus erat, pariter cum sanguine fugit.  
 hoc ipso gauisa parens, quod, qui modo tristi  
 constiterat uultu, fretus mox pectore toto  
 paruerit monitis et regis tempserit iras.  
 200 sic est orsa tamen, cum rex dubitaret in illos,  
 qui superant, gemitusque darent pia turba ministris,  
 regem execrantes, tacito sermone querentes:  
 „Protrahe; quid dubitas? nulli iam parcere debes.  
 nec potes, ut cupias: decretum rumpere noli.  
 205 appello regem, totum qui temperat orbem,  
 cui mare, cui caelum, caeli cui sidera parent,  
 quod, nisi producis, timor est. iam segniter haeres,  
 iam sentis, quae regna petat, quae gloria nobis  
 parte in utraque manet, si iam tū parcere nolis.

184 quicquid *libri* inest *PLBf* id est *C* adi] et ad *L* ad *B* pat. adi] patiens  
 porta ac *f* 187 tum] tam *B* cum *f* 189 gere s *P* 190 nichil *B*  
 191 ipsa *CB* tenent eum *P* 193 flamma comas *C* flammam (*om.* couas) *PL*  
 flamma illius *f* 194 exanimum *P* exanime *CLf* flammam *f om.* *L* : lacuna  
 tamen non ante sed post superarat est in *L* 195 tacito] cito *L* qua]  
 quia *L* 197 triste *L*<sup>1</sup> 201 darent *P* daret *CLf* ministris *CLB*  
 ministri *f* 202 execrantes] l' exerrantes *pr. ss.* *L* requirentes *P*  
 requir̄ *L* 205 apello *L* 207 est<sup>h</sup>] (*litt.* n *eraso*) *L* segniter: s *ex c*  
*corr.* *L* sequitur *f* erans *P* heres *f* 208 petant *f* 209 Iam parte ex  
 u. m. si p. n. *f*

- 210 nam quoscumque tuo iussisti excedere regno  
 saeuitia comitante, tuum uicere furorem,  
 nempe tuum, laetique manent in sede piorum.  
 forsitan hoc mortem credas, furiose tyranne?  
 uita est longa magis regnoque potentior isto.
- 215 quod regis et cuius extrema in parte moraris.  
 hos quoque si metuis, superant aetate minores.  
 contemptaque simul uici tua regna, superbe;  
 sed perage imperium nec partus diuide nostros:  
 hos quoque da flammis et uiribus utere regni.
- 220 mortalis tamen es, nec in aeuum regna tenebis!<sup>4</sup>  
 Concipit Antiochus furias, saeuusque tyrannus  
 aestuat et gemitus inter sua pectora uoluit.  
 consentit cum mente dolor tristisque grauatus  
 attollit uultus et talia uerba profatur:
- 225 „Haec tua libertas et dura potentia linguae  
 atque hic, quem tumida portas ceruice rigorem,  
 sentiet, irati regis quid tempora possint.  
 si nondum es satiata malis et fingere temptas  
 laetitiam luctusque tuos in gaudia uertis:
- 230 non mutabo necem; gaude, laetare, triumphas,  
 dummodo sic uincas, ut sis suprema tuorum —  
 sic furiosa animis natorum funere gaudet?  
 hos quoque do flammis; hoc nec mutare potestas  
 ulla potest; decreta manent — laetare superstes,
- 235 natis orba tuis. et ne mea iussa morentur,  
 ordo suos pergat cursus. producite natum,

210 tuo] tuos *L* 211 Saeuitia comitante] Per stabiles fortesque *L*  
 Saeuitia *P* seu uitio *f* 213 forsitant *P* tyranne *P* tiranne *L*  
 216 hos] nos *B* si metuis s. aet.] funestus s. qui aetate *f* 217 et con-  
 tempta simul *L* hi contempta etiam uincant *f* 219 et uir.] et *om.* *f*  
 220 eum *CP* regnante nobis *P* 221 antiochus: i *ex h ras. corr.* *P* anti-  
 oculus *L* tyrannus *L* 227 tempora *P* tempore *CB* sententia *L* uerbera *f*  
 possit *L* 228 es *C* est *PLf* satiata] uitata *L* 229 laeticiam *CB*  
 luctus] uultus *L* uertas *L*<sup>1</sup> 230 muta bene esse *f* 232 natos *f*  
 funere *ex munere* (e *post r in ras.*) *L* gaudet *PLBf* gaudes *C*  
 236 pergat] peragat *Sichardus* (*L? f?*) natus *B*

ne uani pereant ignes dubiusue uideri  
rex possit. certe timor est mihi femina nullus.“

- 240 Praecipuus de gente tua produceris, ore  
et specie mirande puer, cui pectore uirtus  
firma manet. iamque hunc poteris uel uincere regem.  
ad quem sic placido mater sermone locuta est:  
„Si dare complexus matri tibi, nate, liceret,  
confiteor, soli post uulnera, nate, dedissem;  
245 sed me dura uetat tristisque potentia regis.  
deneget amplexus, dum sit uox libera nobis  
et liceat meminisse dei legemque tenere,  
non a rege datam, sed quam deus arbiter orbis  
tradidit et mundi rector, Mosesque petitam  
250 accepit populoque dedit. cui maxima laus est  
nosse deum, meritum cui nos debemus honorem.  
tu modo ne dubites monitis parere parentis.  
sit uigor et uirtus, penitusque in pectore toto  
mens maneat iam plena deo; sit fortior aetas,  
255 quam regem sperare fuit superare iubentem.  
o quanta est uirtus, quanta est fiducia forti!  
sed iam ne dubites medias peruincere flammis:  
uictor eris, mihi crede puer, uictorque redibis.  
ossibus et ualidis miscerent corpora nerui,  
260 seruatatas animas iterum in noua uiscera reddent.  
sed ne forte tamen rapidus te terreat ignis,  
fratrum sume animos aeternumque inuoca numen.“  
iussa facit tacitusque deum testatur et orat  
murmure, quo poterat. puerum non impedit aetas,  
265 non timuit cratem expositam, matrique uolenti

237 ne] ne f uidere C (L? f?) 238 perduceris B 241 hinc f  
243 complexus] C 246 deneget p denegat ω sed neget *Fabricius*  
247 meminisse: ni ex ne pr. P 248 datam C (L? f?) data P  
249 moyses f 255 regi C regem *PLf* 257 peruicere f 258 mi f  
crede:/// P 259 ua dis P miscerent f nerui *PBLf* neruus C  
262 summe P que inuoca] exposcito L numen L nomen *CPBf*

- paruit et dicto citius super inruit ignes.  
 cesserunt flammae, cessit dolor omnis et una  
 corpus et ignis erat: corpus superauerat ignem.  
 spiritus ante tamen placidas superauerat auras.
- 270 laeta dolet tacite mater, pressoque dolore  
 tristitiam luctusque suos in gaudia uertit.  
 Interea trepidat et curas corde uolutat,  
 non de praeteritis, sed de puerilibus annis:  
 qui superant, ne forte negent; ne forte timorem
- 275 concipiant animo. regique accendere malint.  
 quo minor est aetas, maior metus; anxia secum  
 ducit heu curas: et iam spes ac timor una  
 luctantur matrisque piaae per uiscera currunt.  
 spes tamen est maior, natum ut procedere uidit,
- 280 et procul exultans: „Video, quid possit in isto  
 spes conferre mihi; uultus agnoscere nostros  
 debet et hic, fratrum numero parere suorum.  
 forsitan hunc solum puerilia pectora tangant  
 indigneque ferat, quod sic uelut hostia detur.
- 285 adloquar et paucis conabor dicere uerbis,  
 sit memor ut potius generis, quam temporis huius.  
 „Si te nobilitas, generis si tangit origo,  
 respice, nate, tuos, Israhel quoque respice, nate.  
 noli annos numerare tuos, puer; incipe forti
- 290 pectore ferre deum. tradent hoc saecula saeculis,  
 quod tua det fortis aetas exempla futuris  
 temporibus. da, nate, precor, quodque amplius hoc est:  
 cogita, quae fugias et quam meliora petantur.  
 non te sollicitet stolidi fallacia regis

266 inruit] *C* 270 tacite *P*<sup>1</sup> pressosque *P* 271 tristiam *P* luctus  
 bis scr. *P*<sup>1</sup> 273 preteritis *CB* pueribus *P* 275 *i.* „sed ut malint  
 regi accendere timorem.“ accedere *Fabricius* 276 et quo quis minor  
 est *f* 277 eu *P* heu *h. l. disyllabon*, eheu *Beck* 279 maior *p*  
 melior *C om. PLf* 283 fonsitan *P* solium *f* 285 adloquar] *C*  
 292 donate *Cf* quodque *p* quoque *C* que quod *PLf* 293 cogita]  
 conice *L*

- 295 sed crescant istaec nunc in contraria. uictor  
spiritus extinxit flammam: sic deinde uocatum,  
quod dederat, corpus tellus adapertha recepit,  
sanctaque, quae superest, anima inuiolata recessit.  
Quamuis lassa parens perque et sua uulnera uictrix  
300 procidit in faciem pariter manibusque supinis  
has habuit uoces et talia uerba locuta est:  
„Qui tenes imperium caeli terraeque marisque,  
sidera qui caelo, qui das animalia terris,  
aequoribus pisces, auibus qui temperas auras:  
305 ad te, magne, meae mentis fiducia surgit,  
qui chaos immensum, caeca caligine mixtum,  
diuidis in partes et das noctemque diemque,  
lunamque ac solem, uario quos tempore semper  
nocte dieque iubes lumen praebere per orbem,  
310 post haec das hominem, cuius de semine mundi  
completur mortale genus, cui lingua loquescit  
dissona per gentes; sapor est tamen omnibus unus,  
sed quid mutarit meritumque hominumque loquellas,  
longa referre mora est: coeptis insistere certum est,  
315 te mare diuisum uirga tenuisse fatemur,  
dum pede per siccum populus transcenderet aequor,  
Aegypti fugiens mortem regemque Pharaon,  
qui sibi sanctorum numerum seruire iubebat,  
quem tua maiestas Mose duce transtulit anno  
320 seruatumque tua tutum uirtute diremit,  
terra dabat fructus, quos te cogente ferebat,

295 sic crescens *f* istaec *BL*, ista/ce (*h. crano*) *P* ista *O* ista *f*  
297 dederat *C* (*litt. derat in ras, al.*), *I* *f* derat *P* 299 ut (*et*) *om.*  
*cum spatio uacuo* *L* 301 loquuta *B* 302 Tenes qui *L*, et/que *I* *f*  
304 temporis *f* 306 chaos *P* chaos *L*, immensum *PL*, 307 diuidis *I* *f*  
diuides *C* diues *P* 308 ad nolem *f* 309 praecere ut ul-  
detur *P* 311 completur *C* loquensit *PL*, loquensit *f* liquescit *O*  
liquescit *B* 313 loquellas *P* 314 referre *P* 316 per aequor *P*  
317 aegypti *L* montes *f* 319 magestas *P* anno *PLH* annum *O*  
321 serebat *B*<sup>1</sup>

- et sitis ad requiem quaesita est lympha latebris.  
 umor erat nullus: cuncti clamore querentes  
 poscebant Mosen, daret ut sitientibus undas.  
 325 ad quos ille breui sic est sermone locutus:  
 „Credite posse deum, quidquid petieritis illum,  
 qui potis est uirga hac amnem defundere saxo.  
 ut ueniant fontes tota regione negati.“  
 percussitque simul: dicto uelocius omni  
 330 emisit saxum fontes dulcedine prima.  
 confiteor, totus cum sit tibi debitor orbis,  
 tu. quidquid possunt gentes, potes omnia solus,  
 et quod non capiunt gentes, capis omnia solus.  
 tu mortale genus curis onerasque leuasque:  
 335 te precor attonita mente confirma timentem.  
 ne desit fratrum numero meus infimus infans  
 ignarusque sui; quem iam procul ecce teneri  
 conspicio turba circumueniente frequenti.  
 hunc propter solum lacrimas mihi commouet aetas;  
 340 unus enim superest, de quo mihi maxima cura est.  
 ne tener ignoret, qua sit de gente creatus.  
 hunc ego si possem secreto adprendere solum,  
 blandirer, patriumque genus patriamque docerem;  
 si quaecumque tamen potero, solacia mittam.  
 345 „Parue puer, tenerisque tuis mihi carior annis —  
 carior es regno, uita quoque carior ipsa —  
 tu potes in totum uictricem reddere matrem.

322 quesitas lympha *C* quaesita limpha *L* 323 umor *C* humor *PLf*  
 324 moysen (*Cf* daret ut] daretur *P* dare (tur uel t ut om.) *C* 325 lo-  
 cutus *B* 326 quicquid libri petieritis *C* petentis *PB*<sup>1</sup> petetis *B*<sup>2</sup> *f*  
 peteretis *Beck* rogatis *L* poscetis *Ioh. a Bosco* illum *Sichardus* ab illo *w*  
*cf Rönisch p. 375 et 441* 327 hanc uirgam *C* uirgā hāc *Lf* defundere *Cf*  
 defendere *ILB* diffindere *Sichardus* 329 ami *L* *ud uid.* 332 quidquid] *C*  
 333 deest in *L* 334 curis *PLf* curas *C* om. *B* honeras *B* 339 la-  
 crimis *B* 340 michi *B* 342 Nē *L* adprendere *L* adprehendere *C*  
 apprehendere *PBf* 343 doceres *B* 344 si] sed *f* solacia] *CB*  
 345 annisunt *P* Karior *L* 346 es] est *PB*

tu, finis partus finisque future malorum,  
 si te cura mei tangit, si matris honorem  
 350 mente pia retines; quamuis sis carus et infans,  
 hoc magis aure auida dictis adtende parentis.  
 primum disce, puer, quid sis post ista futurus,  
 si patiens fueris; quod te mihi, care, futurum  
 facta docent. fratrum sanctorum in parte manebis  
 355 et requie securus eris, dum saecula cursus  
 saeua suos peragunt. finito tempore longo  
 hanc lucem repetens aeternaque regna uidebis.  
 non maculata malis. sed erit concordia sanctis;  
 nec morti locus ullus erit. nec bella citatis  
 360 committentur equis, sed pax aeterna manebit.  
 matri crede tuae, quae te cupit esse salutis.  
 heu mihi, cur tristi uultu mea dicta repellis?  
 quid refugis? miserere mei, miserere tuique!  
 si liceat, prior ire uelim: uetat ecce! sed ibo  
 365 tunc, cum uictorem te uidero, nate, malorum.  
 quid sperare iubes? solus mea dicta moraris,  
 solus adhuc etiam reuocas mihi, nate, dolorem.  
 adnuis. an damnas et me fratresque genusque?  
 quod ne forte uelis, oro te et deprecor. audi!  
 370 his ego te paruum nutriui, nate. papillis,  
 his precor, et lacrimas te propter, nate, profundo,  
 ne remanere uelis: remanebis solus et orbis;  
 non tibi iam frater est ullus. solacia uitae  
 quis dabit? heu solus matrem confundere temptas  
 375 et genus et patriam, si talia dicta recusas.  
 o quanto melius uitam seruabis in aeuum,

348 future *Pf* future *C* futura *Lb* 350 carus *CFL om. Bf* 351 ad-  
 tende] *CPL* 353 te *om. cum lacuna parua Bf tu L* 355 securus *P*  
 356 seua *CL* 357 repetes *Fabricius, f* 358 sed erit conc.] nusquam con-  
 traria *f* 359 locos *P* 360 committentur *P* comitentur *B* commiscuntur *f*  
 sedet *f* 361 saluum quae te cupit esse *f* 365 tunc] *hc L* 367 mi *f*  
 368 adnuis] *P* me *om. B* fratris *CB* 371 has etiam lachrymas *f*  
 372 urbus *P* 373 frater est ullus] *fr super est (s. ullus ss.) L* solacia] *CP*



- si facis ante deum, quidquid fecere priores!  
 audenter depone metus, depone timorem,  
 concipe mente deum; uires dabit ille uiriles.<sup>4</sup>  
 380 haec dum mater agit, puer ad praecepta parentis  
 respicit, et solum ut se uidet esse relictum.  
 sustulit in caelum uultus palmasque supinas.  
 et sic uoce petens aeternum numen adorat:  
 quem secum sensu pariter nutuque rogabat.  
 385 uinceret ut regem, saeuos ut uinceret ignes.  
 atque ita non segnis, nec pro puerilibus annis  
 prosilit intrepidus, medios delapsus in ignes.  
 et pugnat uictor, donec remearet in altum  
 spiritus et fratrum peteret secreta priorum.  
 390 Dum puer ista gerit, soluerunt gaudia matrem:  
 iamque ut erat lassata malis, iam uoce negata  
 spirat ouans; interque manus conlapsa suorum  
 concidit exanimis resolutaque membra quierunt.  
 sic ipsa et nati sanctorum in parte recepta est.

377 quidquid| *C*    380 precepta *CP*    381 ut| cum *f*    388 et  
 pugna *P* expugnat *f*    389 p̄iorum *L*    393 membra *P*    394 ipsa et|  
 ipsas *f*

EXPLICIT HYLARI DE MACHABEIS OPVSCVLVM TERTVLI-  
 ANI DE EXCIDIO SODOME ET NINIVE :: *P*

Expliciunt uersus S. Hilarii in Natali Machabeorum Martyrum *f*  
 (S. *om.* et in Machabeis *b*) *Subscr. deest L*

## Eiusdem carminis interpolatum exemplar.

### MARII VICTORINI AFRI,

VIRI CONSULARIS. DE MACHABAEIS ERVDITISSIMVM CARMEN.

[PRIMUM EDIDIT IOANNES SICHARDVS.]

- Rex fuit Antiochus Syriae ditissimus olim.  
in cuius regno mater natique fuisse  
septem, ut fama refert, de sancta gente creati:  
quos cura assiduo generis meminisse iubebat,  
5 et legi servire datae: sic namque uolentes  
de populo meliore dei sua iura tenebant.  
rex audius mutare fidem, mutare timorem  
uoluit, et ut populo pariter misceret iniquo  
praemia promittit matri, promittit et illis,  
10 et quicquid posset totum perquirere regnum.  
si demutaret mentes, sensusque priores,  
cogeret et natos alios sibi fingere mores.  
illa negat, tacitumque premit sub corde dolorem.  
hanc postquam nulla potuit compellere praeda,  
15 tentauit primum tormentis uincere saeuus.  
pertulit illa tamen gemitus, et tristia regis  
uerbera non timuit. uictum se uidit ut ille,  
heu quid agam, dixit: uincor, quid plura? dolendo,  
non tamen effugies, plus est quod plura dolebis,  
20 in natos saeuibo tuos, licet improba perstes.

*GFabricii*: 4 assidui 5 namque

*C* (= *Corbeiensis*): *inscriptio deest* 2 fuissent 4 adsidui 5 legis  
8 et ut] ut 9 promitti 10 possit conquirere 11 Si modo mutaret  
14 compellere 15 temptauit 16 ~~P~~ertullit tristicia 17 at ille  
18 uinci quod plorando 19 effugie 20 improba

hac certe ratione meum sanabo dolorem.

- Sustulit illa manus, caelumque inspexit in altum  
emisit gemitus, et talia uerba loquuta est:  
tu licet et gazas tradas, et regna tyranne,  
25 non capimur regum donis, nec munera sanctis  
eripient promissa dei: spes certior illa est,  
quae uitam nobis promittit tempore longo:  
hanc sequor, hanc didici: non lubrica tangere regna.  
sumere diuitias facile est, et perdere uitam.  
30 sed licet et flammam post uerbera saeua mineris,  
nil mutare potes: primis accepimus annis  
uirtutem cum lege datam: mihi linquere certum est  
quicquid saeue iubes. natis quod nunc dominaris,  
hoc solum poteris, matrem turbare timore.  
35 est mihi nanque deus spes, est mihi certa meorum,  
per quem iam sperem te nullum uincere posse,  
\*coelum faue, coelique parens, te iusta rogamus.  
rex fuit Antiochus, turbataque corda tuebant,  
concutit et saeuos testatus lumine uultus,  
40 miraturque diu possit quod foemina tantum.  
\*miles, ait, pare regi, quoque pare satelles,  
uos famuli parete mihi, date regna furenti  
foemineo tormenta malo, saeuire furentem  
foemina me cogit, quod plus est, foemina uincit  
45 regis iussa sui. sed non impune locuta est.  
membratim pereat: septem nam perfida natos  
intra regna tenet, quorum qui primus habetur,  
hic primus pereat: pereant sic ordine cuncti,

23 emittens locuta 30 ministres 33 quod dura minaris 37 Coelum *om.*  
41 quoque pare] pareque 42 data

22 sustulit 23 emisit locuta 24 licet et] et *om.* 25 capiamur nec  
28 lubricata genere 29 et *om.* 30 saeue 31 nihil potest acci-  
pimus 32 uirtute data 33 quicquid quod dominaris 34 timorem  
35 cora 37 te *om.* 38 fuit testatur tuebant] tumultu. (*v al in ras.,*  
*o pr. m.*) 41 pare miles ait 43 seruire 45 suis et impune  
46 pereant 48 pereat perdat cunctos

50 cratibus impositos subiectis urere flammis  
cernat ut ipsa suos, sic cernat aspera natos  
poena aut quem maneant, celeres decet esse ministros.

Interea foecunda parens iam crine soluta  
astitit hortanti similis, iam pectore nudo  
ubera protendens, natorum alimenta suorum:  
55 non confusa stetit. natumque ut uidit ad ignes  
inconstante gradu timidum procedere, dixit:  
tu mea progenies, tu prima, respice matrem,  
tu nunc certe meus, me iam tu nate memento,  
te primum peperisti, tu nunc imitare parentem,  
60 sume meos mores. et regem uince tacendo  
tu poteris durare diu: sic tempora uinces  
perfidam, ne superet sanctos uiolentia Regis.  
utere consilio, Regis ne damna timeat,  
fortior est isto saxoque potentior ipso:  
65 ingredere ut iuuenis, patienter uince dolorem.

Ille modo ad matrem uultus, modo tollit in altum,  
dumque tacet, tacitusque rogat quem debet, et orat,  
non sensit rapidos subiectos cratibus ignes,  
corpus inane fuit, mater gauisa dolore est,  
70 et dixit: Vici, uincam si saepius orem,  
duret natorum uirtus incognita Regi,  
sed iam nota deo. populi qui pectora nouit.

Finierat primi partus foecunda dolorem,  
sed remanente metu pro pluribus anxia mater,  
75 dissimulatque tamen, ne Regem gaudia tangant.  
rex stupet Antiochus, nec credit posse sequentes

50 cernat ut aspera 52 soluto 55 in ignes 57 primus 58 me iam]  
matris 61 tu] tum

49 Gratibus inpositos subiectos 50 ipsas uos sic aspera (cernat *post*  
sic *om.*) 51 Poe autquem manet 53 Stabat et hortanti pectore  
55 ignes: e *ex* i 57 prima me r. matre 58 nunc *om.* me iam tu  
n.] nuncet me n. 60 meos] metis 61 uincis 62 super et 63 con-  
siliu dampna timeto 64 est isto] es certe 65 iuuenes 67 tacit  
quem] que 68 subiectos] subtus gratibus 71 regni 72 nostra deo  
76 credat sequens

- poenae tale genus simile peruincere natos.  
 coepta iubet peragi. mater non territa mansit.  
 sed tamen ut uidit pallentem assistere natum.  
 80 haec secum uoluens. aliqua iam parte leuata :  
 ecce secunda mihi partus producit aetas.  
 quam similis fratri formoso pectore. dura  
 si sequeris primi partus uestigia nostri  
 esse meus poteris. et sic reparare salutem.  
 85 quam iam frater habet. matris praecepta secutus. 85  
 pone metus. Regisque minas contemne furentis.  
 regnaque quaeque paruula habentia tempora dantur. \*  
 non poterit post ista tibi Rex iste nocere. 88  
 temporis ecce leuis accensus cogitur ignis 89  
 90 uirtutis locus est. languentem pone timorem.  
 sume mores nostri generis si sensus inhaeret.  
 hic qui sceptrum tenet. regno qui saeuit in isto.  
 tempus inane cogit. regnum uitamque creauit.  
 damnarique nocens aeternos sentiet ignes. 95  
 95 tu securus eris. turba comitante piorum.  
 accipe nate meos uultus. et respice coelum.  
 autoremque deum per quem tibi uita paratur  
 hac melior. fratrisque tui uestigia calca.  
 non quod Rex iubet. sed quod deus imperat audi. 100  
 100 sicut erat monitus matrem coelumque uideret.  
 constitit. atque hilari uultu contemnere Regem  
 coepit. et ut ridens ardentem irruit ignes.  
 collapsusque iacens anima superante quieuit.  
 mater ut hoc uidit rigido sic ore locuta est: 105

87 quae paruo latitantia tempore 91 mores] animos 93 cogit]  
 regit] creauit] cremare 97 auctorem 99 iussit 100 uidere

79 adsistere 80 aliquid 82 formosi pectoris duras 83 si] et  
 84 et sic. rep.] si parere 86 contempne furentes 87 regna que q.  
 paruula habentia (tia *in ras.*) tempore 88 rex isti: i *ex e rasura*  
*superioris uersus* 89 accendere cogeres ignes 91 inherit 94 dampnari  
 aeternus s. ignis 96 nateş 97 auctorem 100 aelumque 101 adque  
 helari contempnere 102 et ut] ut irruit ignis 103 conlapsus

- 105 felix parte aliqua. cum iam uis. nec potes omnes  
 saeue tyranne meos trucidando uincere natos.  
 te grauior nunc poena manet. crudelis. in igne  
 quam patiere breui: deus hic nanque omnia cernit.  
 iam duo securi contempto Rege manebant. 110
- 110 spes melior iam matris erat. iam tertius instat  
 ecce locus poenae. si poena est uincere Regem,  
 et seruire deo. laus est non poena furentis.  
 tertius attrahitur iuuenis iubente tyranno.  
 qui nondum sanatus erat furor intus et ira 115
- 115 saeuibat pariter. quod fortia pectora fratrum  
 uiderat impauidi Regis superasse furorem.  
 constitit ante pedes iuuenis florentibus annis  
 egregius forma. dignus qui regna teneret  
 dignior Antiocho. et sic meliora secutus 120
- 120 regna uolente deo. Mater cui talia fatur:  
 accipe nate tuae securus dicta parentis.  
 accipe. ne signis reddas uirtutis honorem.  
 sunt tibi iam fratres pietatis sede manentes.  
 iam locus est melior. quam regna labentia Regis. 125
- 125 quorum si proprios attingis pectore sensus  
 uictor apud populos Regem superasse fereris.  
 sicut fama tuos iam misit in omnia fratres:  
 huc accede precor. sunt haec. sunt apta dolenti  
 contempsisse nefas. et iura relinquere Regis 130
- 130 indomiti. quem nulla manet post ista uoluptas.  
 At iuuenis tacito mittebat murmure uocem

113 iubente] mandante 114 satiatus 115 saeuibant 118 dignus]  
 diro 120 uocante 127 omnia] ardua

105 cum iam non potes 106 cruciando 107 nunc *om.* 108 hic *om.*  
 109 manebunt 110 spes iam melior 112 ferentis 113 adtrahitur  
 iuuenes 115 saeuiebat 116 impauidi 119 antiocho secutus  
 121 nate tuae] tu nate 122 signis 123 sunt iam tibi manentis  
 124 iam melior locus dabentia 125 propriosattengis 126 aput  
 fereris] terrenis 128 huc] hic 129 contempsisse 130 quem] que  
 131 uocis

	oranti similis, palmas tendebat in altum.	
	subnixoque genu matris pingebat in ore	
	qua licet aspectum corpus, qua turba tenebat.	135
135	qui simul admonitus cratem conscendit in ignem	
	intrepidus, certaue fide sua membra locauit,	137
	sanctaque quae superest anima inuiolata recessit.	140
	concocterant flammae tepida remanente fauilla	138
	illaesum corpus tellus adaperata recepit.	139
140	At mater dubitans gemitus an gaudia sumat,	141
	haesitat, et querulo sic est sermone locuta :	
	quid nunc dire paras? iussis paremus et omnes	
	munera sed partus custos ne subtrahat ulla,	
	sed licet ipse uelis non sum passura tyranne :	
145	omnes nam pariter pereant certamine tanto,	145
	temporis ipse tui mutes licet horride poenam,	
	duraque quae sanctis eadem sententia natis	
	sed grauiora paras, si sunt grauiora, minari,	
	quodque meos cernis uultus horrore teneri,	150
150	gauderis parte quoties decernis in isto.	
	Ardet at ipse magis rapida rex concitus ira,	
	cotemnique putat, nec sicut caetera fratrum	
	turba ferat poenas, matrem hoc quaerere sentit	
	dura in exitium quartum adducere natum	155
155	pene manu uoluit, lassati nanque ministri	
	nec regis furias, nec regem ferre uolebant.	
	proh pudor, erubuit uultus ostendere matri	

145  
 corruptissima et  
 quae superari  
 fere omnia, ne  
 eiusmodi quae  
 mittant emenda-  
 onis diligentia

133 figebat 135 ignemque 150 partem in istam 152 contemni  
 cetera 153 hoc quoque quaerere 154 duraque in producere

133 matri 134 quia turba 135 ammonitus gratum ignis: *i in e al.*  
 136 intrepidus 138 considerant fauillae 139 Corpus inlesum *post u.*  
 139 sequitur u. 137. que quae] queque 140 sume 142 parem: sed  
 143 sed munera custos ullum non] ne tyrannē 145 ut non oīs  
 pariter tanti 146 ipse tui] statui horrida pena est 147 quae om.  
 148 sed] si parasti sunt 149 teneris 150 gauderis partē quotiens  
 152 contemni] temptari ne 154 durat 157 pro pudore . . . . . uultus  
 (lacuna 6 litt.: in marg. antiqua m Noluit)

- natus, et attonita mente confundere coepit.  
 hunc postquam stantem summisso lumine uidit, 160  
 160 talibus aggreditur dictis, monitura timentem:  
 a primo quartus partus mihi quartus ab imo,  
 quae nunc uerba tibi. quae possum dicere nate?  
 hoc nisi quod solum durata potentia tecum  
 sit simul et uirtus, sanctaeque originis auctor 165  
 165 illi debemus regi quodcunque rogamur.  
 ille dedit nobis Abraham cum semine sancto,  
 per quem nobilitas, per quem genus omne probatur,  
 quod manet in dominum. sanctus qui nascitur Isac,  
 tunc cum iam nullum natum sperare senectus 170  
 170 sponte sua poterat, sterilis quia Sarra manebat.  
 attamen haec peperit, generique propagine coepta  
 ex insperato remanent tibi Sarra nepotes,  
 Esau et patriam deductus Iacob in unam.  
 quos precibus partu gemino peperisse Rebecca, 175  
 175 hinc sumus, hinc orimur. genus hoc tibi nate petendum,  
 tu tibi pande uiam generis, qui arce priorum.  
 quorum progenies totum dispersa per orbem  
 inuidiam patitur, dominum quia sola potentem  
 mente colit, mixtae nec turbae accepit iniquae. 180  
 180 quid tibi cum tristi uultu? quid lumina terrae  
 fixa tenes? coelum potius, coelique parentem  
 conspice, ne dubita. mater tibi prospera monstrat.  
 quicquid id est. patienter audi, consenti \*

158 attonitam mentem 159 summisso 163 solum] coeli 164 et  
 sanctae 168 sanctus cui 173 Esauus 174 precibus] certum est  
 176 quis in a. piorum 178 patitur? 179 accessit 183 consensibus auge

159 uidit] uit 160 adgreditur 161 quartus a primo 164 Sic simul  
 sc̄a que originis (ge in gi al.) 165 rogamur] negamus 166 abraham  
 168 in dñm s̄m isaac 169 senectus 170 sterielis 171 sed tamen  
 peperit 172 patria iacob̄ unam 174 partum geminum (peperisse  
 Rebecca om., in marg. cruz add. +) 175 hinc corimur 176 qui arce]  
 que asce 179 mentem 181 tenens 183 post consenti spatium  
 uacuum



	turba nate meae numerumque hortare sequentum.	185
185	Nec decreta parens luctus et gaudia mixta finierat claros monitus, tum luminis orbes ipse leuat, matremque oculis attendere coepit, nil iam triste gerens. Habitus. uultusque fatentur se timuisse nihil, nisi tristia uulnera matris	190
190	per partus diuisa suos: sed et ipse citato elapsus manibus cursu conscendit in ignes, mira loquar, non flamma comas, non contigit ora. exanime ut corpus flammas superauerat ignis, ore patente tamen tacite qua spiritus iret	195
195	unde acceptus erat pariter cum sanguine fugit. hoc ipso est gauisa parens. quod qui modo tristi constiterat uultu, fretus quod pectore tuto paruerit monitis. Regis contemptor et irae. sic exorta tamen cum Rex dubitaret in illos	200
200	qui superant gemitusque daret, pia turba ministri Regem execrantur, tanto sermone querentes: protrahe, quid dubitas? nulli iam parcere debes. nec potes, ut cupias, decretum rumpere nulli: appello regem totum qui temperat orbem,	205
205	qui mare, qui coelum, coeli cui sydera parent: quod nisi producis, timor est, iam segnius instat, iam sentis quem poena petat, iam gloria nobis parte in utraque manet. liceat producere nullis: nam quoscunque tuum iussisti excedere regnum,	210
210	forsitan hoc mortem credas furiose tyranne.	213

184 turbam n. meam 193 flammae 199 exorsa 205 sidera 210 morem

184 que om. 186 monitus] minus orbis 188 Nihil fatentur et.  
corr. 189 se] sed tristitia 190 sed et ipse] sequi ipsa citatos  
191 elapsum 192 contingit 193 corpus ut exanime flamma s. ignes  
196 gauisa] diuisa 198 parauerat contempto retise 199 tamen] parens  
200 pia om. ministris 201 execrantes tacito 202 protrahere  
205 coeli cui] cui celi 206 signiu 208 utramque liceat] licet nos  
post u. 209 duo uersiculi 211 et 212 nostrae ed. (Seuitia—furorem et  
Himpetuum—priorum) sequuntur in C 210 creda

	longa magis uita est, regnoque potentior isto quod regis, extrema huius iam parte moraris?	215
215	hos quoque si metuis superant aetate minores, contemptuque simul uici tua regna superbe. sed perage imperium, nec partus diuide nostros, hos quoque da flammis, et uiribus utere regni, mortalis tamen es, nec in aeuum regna tenebis.	220
220	Concipit Antiochus furias, saeuusque tyrannus exhibet. et gemitus intra sua pectora uoluit, consentit cum mente color. tristisque grauatos attollit uultus, et talia uerba profatur: haec tua libertas, et dira potentia linguae,	225
225	atque hic quem tumida portas ceruice rigorem senties ira tibi Regis, quid tempora possint. si nondum es satiata malis, et fingere tentas laetitiam. luctusque tuos in gaudia uertis, non mutabo necem, gaude, laetare, triumphas,	230
230	dummodo sic uincas, ut sis suprema tuorum. sic furiosa nimis natorum funere gaudes? hoc quoque do flammis, hoc nec mutare potestas ulla potest decreta, tu laeta uiue superstes *	235
235	natis orba tuis, et ne mea iussa morentur ordo suos peragat cursus. Producite natum, nec uano pereant ignis dubiusue uidere *	
235	Rex post ista reor timor est mihi foemina nullus praecipua de gente tua produceris iudex quam specie mirande puer. cui pectore uirtus	240

214 uincunt 224 sentiet irati regis 231 tu] modo tu 236 praeci-  
cipuus index

211 Vita longa magis regnoque 213 hos quos q: si superantia etate  
minoris 214 contemptaque 215 partos 218 concepit 219 et om.  
220 dolor tristisque grauatus 222 dura 223 litt. eruice rigorem al.  
m. *postea add.* 224 senties tibi ira regis quid tempore possunt  
225 nondum] non et f.] effingere temptas 226 tuus 229 animis  
funera 230 hoc] l oc (l*paene euanuit*) potestis 231 potes tula  
etauiua 232 orbata 233 suus pergat 234 uano] dubiu siue  
235 rear 237 specie pectore

firma manet. iam quae poterat uel uincere Regem.

- Ad quem sic placido mater sermone locuta est:
- 240 si dare complexus matri tibi nate liceret.  
 confiteor soli post uulnera nate dedissem.  
 sed me dura uetat, et tristis potentia Regis 245  
 denegat amplexus. dum sit uox libera nobis.  
 et liceat meminisse dei. legemque tenere
- 245 non a rege datam, sed quam deus arbiter orbis  
 tradidit. et mundi rector, Mosesque petitam  
 accepit, populoque dedit, cum maxima laus est 250  
 nosse deum. merito cui nos tribuamus honorem.  
 tu modo ne dubita monitis parère parentis:
- 250 sed uigor et uirtus. penitusque in pectore toto  
 mens maneat iam plena deo. Sic fortior aetas  
 quam Regi sperare fuit. sperare iubentem. 255  
 o quanta uirtus, quanta est fiducia forti?  
 sed tamen quid dubitas medias euincere flammis?
- 255 uictor eris. mihi crede puer, uictorque redibis.  
 ossibus et ualidis miscebit corpora neruus.  
 seruatasque animas iterum in noua uiscera reddit. 260  
 sed ne forte tamen rapidus te terreat ignis,  
 fratrum sume animos. aeternumque inuoca numen.
- 260 Iussa facit, tacitusque deum testatus, et orat  
 murmure quo poterat, puerum non impedit aetas.  
 non iam timere necem, matrique uolenti \* 265  
 paruit. et dicto citius superirruit ignes.

242 et tr.] tristisque 243 sed neget 247 cum] quam 251 sic] sit  
 252 iubentis 253 o q. est uirtus fortis 254 tamen] tu 255 (mihi  
 crede) 257 reddet 259 inspice 262 amplius haud timet ille necem  
 263 ignis

238 iamque poterat 240 complexus 242 uetate tristis 244 et]  
 enim dei] dñi 246 petita 248 meritis tribuamus] demus 250 sed]  
 si toto] tuo 253 fiducia in ras. 254 peruincere 255 eras  
 sectorque redebis 256 miscebat corporea 258 te om. 259 nomen  
 260 tacitus qui testatur 261 quod 262 timuere nec e/// (e ex  
 est al.) 263 et d.] edicto inruit

265 cesserunt flammae, cessit dolor omnis, et una  
 corpus et ignis erat, corpus superauerat ignem,  
 spiritus ante tamen placidas superauerat auras.  
 Laeta dolet tacite mater, pressoque dolore 270  
 laetitia, luctusque suos in gaudia uertit, 271  
 non de praeteritis sed de puerilibus annis 272  
 270 qui superant, ne forte negent, ne forte timorem  
 concipiant animis, regemque accendere malint. 273  
 quo minor est aetas, maior metus, anxia secum  
 diuidit et curas, et spes, et sic timor una  
 luctantur, matrisque piae per uiscera curant,  
 275 spes tamen est melior natum ut producere uiddit,  
 et procul intrare uideo quid possit in isto 274  
 spes conferre mihi, uultus agnoscere nostros  
 debet, et hic fratrum numero parere suorum,  
 forsitan hunc solum puerilia pectore tangent,  
 280 indignaque feret, quod sic uelut hostia detur,  
 alloquar, et paucis conabor dicere uerbis:  
 sit memor ut potius generis, quam temporis huius:  
 si te nobilitas generis, si tangit origo,  
 respice nate tuos, et nos quoque respice nato,  
 285 noli annos memorare tuos, puer incipe furtim  
 pectore ferre deum, tradent hoc uacula uacua 275  
 quod tua sorte petis: det nunc exempla futurae  
 temporibus, dona te precor quinque amplius hic uat

266 superauerat *270 superauerat habentem 271 in igne auras*  
 276 intrantem *276 intrantem et auras 277 intrantem, auras*  
 287 tu forte des *287 tu forte des mandis quod auras habet*

264 omnia *264 omnia omnia regem 271 uacua 272 in hunc hunc hunc*  
 270 timore *270 timore regem 271 in hunc hunc hunc*  
 sic omnia *270 timore 271 in hunc hunc hunc*  
 culiterra *270 timore 271 in hunc hunc hunc*  
 hunc tangat *270 timore 271 in hunc hunc hunc*  
 et nos, tuos *270 timore 271 in hunc hunc hunc*  
 287 quod tua *270 timore 271 in hunc hunc hunc*

- cogita quae fugias, et quae meliora petantur.  
 290 non te sollicitet inanis fallacia Regis:  
 et crescant ista nunc in contraria uictor: \*  
 spiritus extinxit flammam, sic deinde recessit,  
 quod dederat corpus tellus adaperata recepit.  
 sanctaque quae superest anima inuiolata recessit.  
 295 Quamuis lassa parens per tot sua uulnera Regem  
 pertulit, at summo pariter manibusque supinis  
 has habuit uoces, et talia uerba locuta est:  
 qui tenes imperium coeli, terraeque, marisque,  
 sidera qui coelis. qui das animalia terris,  
 300 aequoribus pisces, et talia qui uerberas auras  
 ad prima meae cupidae fiducia surgit,  
 qui chaos implicitum caeca caligine misces,  
 diuidis in partes. et das noctemque diemque,  
 lunam cum uario sole, et qui tempora seruent,  
 305 nocte dieque iubes lumen parere per orbem.  
 et post haec hominem cuius de semine mundus  
 completur, mortale genus et lingua liquescit  
 dissona per gentes, sapor est tamen omnibus unus,  
 sed qui mutauit meritis hominumque loquelas,  
 310 longa referre mora est, coeptis insistere certum est:  
 tu mare diuisum uirga uoluisti tenere,  
 dum pede per siccum populus transcenderet aequor

289 cogita] respice et quam 290 nec te miseri fallacia 291 sed  
 crescas ipsi 292 extinctus flammis 296 ast animo pariter 298 tenes  
 regis 299 animantia 300 et talia] uentum uerberat 301 ad te  
 prima mei 302 miscens 304 lunamque et rapidum solem qui  
 305 (nocte-orbem) om. 307 et] tum 311 uoluisque tenesque

289 petentur 290 fallacia 291 crescant 292 extinguit 293 dede-  
 rat: *litt.* derat *in ras al. n.* corpus] carpis 294 secta que superest  
 295 tot] quam uulnerauit rex 296 protulit et summo 298 tenes  
 299 terre 301 ad primam meae 302 implicitum caliginem isces  
 303 diuides 304 lunamque cum sole uarioque tempore 305 noctem  
 dieque orbem: o *ex u al.* 307 completur liquescit 308 hominibus  
 309 loquellas 312 populum transcenderiequor

- Aegypti effugiens mortem. regemque Pharaon  
 qui sibi sanctorum numerum seruire iubebat.  
 315 quem tua maiestas Mose duce transtulit anhe,  
 seruatumque tua totum uirtute redemit. 320  
 terra dabat fructus, quos te cogente ferebat.  
 occupat et totis quaesita lymphæ latebris,  
 humor erat nullus, cuncti clamore querentes,  
 320 posebant Mosen dare sitientibus undas.  
 ad quos ille breui sic est sermone locutus: 325  
 credite posse deum quicquid petieritis illum  
 sed tamen hanc uirgam amnemque diffindere saxum,  
 ut ueniant fontes tota regione morati.  
 325 percussitque simul. dicto uelocius omnes  
 emisit saxum fontes dulcedine prima. 330  
 confiteor totus cum sit tibi debitor orbis.  
 tu quicquid possunt gentes, potes omnia solus. 332  
 tu mortale genus curas. onerasque, leuasque. 334  
 330 te precor attonita mente confirma timentem:  
 ne desit fratrum numero meus infimus infans.  
 ignarusque sui. quem iam procul ecce teneri  
